xter scandalizat te · erue eum & proice abs te · Expe
dit enim tibi · ut pereat unum membrorum tuorum ·

quam totum corpus tuum mittatur in gehennam. Et
si dextera manus tua scandalizat te. erue eam & proice
abs te. Expedit enim tibi ut pereat unum mem
brorum. quam totum corpus tuum eat in gehennam.
D ictum est autem. qui cumque dimiserit uxorem suam.
det illi libellum repudii. Ego autem dico uobis quia
omnis qui dimiserit uxorem suam. excepta fornica
tionis causa. facit eam moechari. Et qui dimissam
duxerit. adulterat. Iterum audistis quia dictum
est antiquis non periurabis. reddes autem domino iuramen
ta tua. Ego autem dico uobis non iurare omni
no. neque per caelum. quia thronus dei est. Neque per
terram. quia scabellum est pedum eius. neque per
ierosolymam. quia ciuitas est magni regis. Neque
per caput tuum iuraueris. quia non potes unum
capillum album facere aut nigrum. Sit autem sermo
uester. est. est. non. non. Quod autem his abun
dantius est. a malo est. Audistis quia dictum est.
oculum pro oculo. dentem pro dente. Ego autem
m. xxxviii. V l. liii. dico uobis. non resistere malo. Sed si quis te

percussit in dexteram maxillam tuā· praebe illi
& alteram· Et ei qui uult tecum iudicio contende
re & tunicam tuā tollere· dimitte ei et pallium·
m̄·xxxviii· X Sol & qui cumq· te angariauerit mille passus· uade cū
illo alia duo· qui petit a te· da ei· & uolenti mutu
ari a te· ne auertaris· Audistis quia dictum est·
diliges proximum tuum· & odies inimicum tuum·
m̄·xl· V L·lii· Ego autē dico uobis· Diligite inimicos urōs· bene fa
cite his qui oderunt uos· Et orate pro persequentibus
& calumniantibus uos· ut sitis filii patris urī qui in
caelis est· Qui solem suum oriri facit super bonos
m̄·xli· V L·lv· & malos· & pluit super iustos & iniustos· Si enim
diligitis eos qui uos diligunt· quam mercedem ha
betis· Nonne & publicani hoc faciunt· Et si saluta
ueritis fratres urōs tantum· quid amplius facitis·
Nonne et ethnici hoc faciunt· Estote ergo uos perfe
m̄·xlii· X Sol cti sicut & pater uester caelestis perfectus est· Atten
dite ne iustitiā urām faciatis corā hominibus ut
uideamini ab eis· Alioquin mercedem non habe
bitis apud patrem urm· qui in caelis est· Cū ergo

facis elemosynam · noli tuba canere ante te sicut hy
pocritae faciunt in synagogis et in uicis · ut honorifi
centur ab hominibus · Amen dico uobis · receperunt
mercedem suam · Te autem faciente elemosinam · ne
sciat sinistra tua · quid faciat dextera tua · ut sit
elemosyna tua in abscondito · et pater tuus qui uidet
in abscondito · reddet tibi ·

V 

ET CUM ORATIS

non eritis sicut hypochritae · qui
amant in synagogis et in angulis pla
tearum stantes orare · ut uideantur ab hominibus ·
Amen dico uobis · receperunt mercedem suam · Tu autem
cum orabis · intra in cubiculum tuum · et clauso ostio
tuo ora patrem tuum in abscondito · Et pater tuus
m̄ · xlui · V l · cxxiii · qui uidet in abscondito · reddet tibi · Orantes autem no
lite multum loqui sicut ethnici · putant enim quod
in multiloquio suo exaudiantur · Nolite ergo assi
milari eis · scit enim pater uester quid opus sit uo
bis · ante quam petatis eum · Sic ergo uos orabitis ·
Pater noster qui es in caelis · Sanctificetur nomen tuum ·

ueniat regnum tuum · fiat uoluntas tua · sicut in ce
lo et in terra · panem nrm super substantialem da
nobis hodie · Et dimitte nobis debita nra · sicut
& nos dimittimus debitoribus nris · Et ne indu
cas nos in temptationem · Sed libera nos a malo ·
m· xliiii· VI m· cxxvi· Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum · di
mittet & uobis pater ur caelestis delicta ura · Si
autem non dimiseritis hominibus · nec pater ue
m· xlv· X s a l ster dimittet peccata ura · Cum autem ieiuna
tis · nolite fieri sicut hypochritae tristes · Exter
minant enim facies suas · ut pareant hominibus
ieiunantes · Amen dico uobis · quia receperunt
mercedem suam · Tu autem cum ieiunas · ungue
caput tuum · & faciem tuam laua · ne uidearis ho
minibus ieiunans · sed patri tuo qui est in abscon
so · Et pater tuus qui uidet in absconso · reddet tibi ·
Nolite thesaurizare uobis thesauros in terra · ubi
erugo & tinea demolitur · & ubi fures effodiunt ·
m· xlvi· V l· cliii· & furantur · Thesaurizate autem uobis thesauros
in caelo · ubi neq· erugo · neq· tinea demolitur · &

ubi fures non effodiunt nec furantur· Ubi enim est
m̄·xlvii· V l·cxxxiiii· thesaurus tuus· ibi est & cor tuum· Lucerna cor
poris· est oculus· Si fuerit oculus tuus simplex· to
tum corpus tuum lucidum erit· Si autē oculus
tuus nequam fuerit· totum corpus tenebrosū erit·
S i ergo lumen quod in te est tenebrae sunt· ipse te
m̄·xlviii· V l·cxci· nebrae quantae erunt· Nemo potest duobus
dominis seruire· aut enim unum odio habebit· &
alterum diliget· Aut unum sustinebit· & alterū
contemnet· Non potestis dō̄ seruire & mammo
m̄·xlviiii· V l·cl· nae· Ideo dico uobis· ne solliciti sitis animae ur̄ae
quid manducetis· neq· corpori ur̄o quid induami
ni· Nonne anima plus est quam esca· & corpus
plus quam uestimentum· Respicite uolatilia cae
li quō non serunt neq· metunt· neq· congregant
in horrea· & pater ur̄ caelestis pascit illa· Nonne
uos magis pluris estis illis· Quis autē ur̄m cogi
tans potest adicere ad staturā suam· cubitū unū·
E t de uestimento quid solliciti estis· Considerate
lilia agri quomodo crescunt· non laborant neq·

nent· Dico autem uobis quoniam nec salomon in omni
gloria sua coopertus est· sicut unum ex istis· Si au
tem foenum agri quod hodie est· & cras in clibanum
mittitur· deus sic uestit· quanto magis minimę fidei· uos

N olite ergo solliciti esse dicentes· quid manducabimus
aut quid bibemus· aut quo operiemur· haec enim
omnia gentes inquirunt· Scit enim pater uester·
quia his omnibus indigetis· Quaerite ergo primum
regnum dei & iustitiam eius· & omnia haec adicientur
uobis· Nolite solliciti ergo esse in crastinum· Cra
stinus enim dies sollicitus erit sibi ipsi· sufficit diei



MALICIA SVA·

VI cn·l· II cn·xli· l·lxu

OLITE IUDICARE

re· ut non iudicemini· In quo
enim iudicio iudicaueritis iu
dicabimini· Et in qua mensura mensi fueritis·
cn·lr V l·lxuiii remetietur uobis· Quid autem uides festucam
in oculo fratris tui· & trabem in oculo tuo non
uides· Aut quomodo dicis fratri tuo· sine eici
am festucam de oculo tuo· & ecce trabis est in

oculo tuo: hypocrita eice primum trabem de
oculo tuo & tunc uidebis eicere festucā de oculo
an. li· X S ol fratris tui· Nolite dare sēm canibus· neq· mitta
tis margaritas urās ante porcos· ne forte concul
cent eas pedibus suis· & conuersi disrumpant uos·
an. lii· V L. cxxv· etite & dabitur uobis· quaerite & inuenietis· pulsa
te & aperietur uobis· Omnis enim qui petit acci
pit· & qui quaerit inuenit· & pulsanti aperitur·
Aut quis est ex uobis homo· quem si petierit filius
suus panem· numquid lapidem porriget illi:
Aut si piscem petet· numquid serpentem porriget
ei: Si ergo uos cum sitis mali· nostis bona dare fi
liis urīs· quanto magis pater uester qui in caelis ē·
an. liiii· V L. liiii· dabit bona petentibus se· Omnia ergo quaecūq·
uultis ut faciant uobis homines· & uos facite eis·
an. lv· V L. clxx· haec enim ēst lex & pphetae· Intrate per angu
stam portam· quia lata porta & spatiosa uia quę
ducit ad perditionem· & multi sunt qui intrant
per eam· Quam angusta porta & arta uia quae
ducit ad uitam· & pauci sunt qui inueniunt eam·

ttendite a falsis prophetis qui ueniunt ad uos in ue
stimentis ouium· intrinsecus autem sunt lupi ra
m̄.lvii. V l.lxi. paces· A fructibus eorũ cognoscetis eos· Numquid
colligunt de spinis uuas· aut de tribulis ficus·
m̄.lviii. V l.lx. Sic enim omnis arbor bona· fructus bonos facit· ma
la autem arbor· fructus malos facit· Non potest ar
bor bona fructus malos facere· Neq· arbor mala·
fructus bonos facere· Omnis arbor quae non fa
cit fructum bonum· exciditur & in ignem mitte
tur· Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos·
m̄.lviiii. IIII l.lviii Io.cxvi. Non omnis qui dicit mihi dñe dñe· intrabit in re
gnum caelorum· Sed qui facit uoluntatẽ patris
mei qui in caelis est· ipse intrabit· in regnũ caelorũ·
m̄.lx. V l.clxxi. Multi dicent mihi in illa die· dñe dñe· nonne in no
mine tuo pphetauimus· & in tuo nomine dae
monia eiecimus· & in tuo nomine uirtutes mul
tas fecimus· Et tunc confitebor illis· quia num
quã noui uos· Discedite a me qui operamini in
m̄.lxi. V l.lxiii. quitatem· Omnis ergo· qui audit uerba mea
haec & facit ea· assimulabitur uiro sapienti· qui

aedificauit domum suam supra petrā· Et descen
dit pluuia· & uenerunt flumina· & flauerunt
uenti· & irruerunt in domum illā· & non cecidit·
fundata enim erat supra petrā· Et omnis qui au
dit uerba mea haec & n̄ facit ea· similis erit uiro stul
to· qui aedificauit domum suā super harenam·
Et descendit pluuia· & uenerunt flumina· & flaue
runt uenti· & irruerunt in domum illā & cecidit·
& fuit ruina eius magna·

VII
m̄t· lvii· II mr· xiii· l· iii· & xviii·



ET FACTUM EST
cum consūmasset ihc̄ uerba haec·
admirabantur turbae super doctri
na eius· Erat enim docens eos sicut potestatem
habens· & non sicut scribae eorum & pharisaei·

m̄t· lviii· IIII l· lxv· lu· xxxvii·

Cum aūt descendisset de monte· secutae sunt eum
turbae multae· Et ecce leprosus ueniens adora
bat eos dicens· Dn̄e si uis· potes me mundare·
Et extendens manum· tetigit eum ihc̄ dicens·
Uolo· mundare· Et confestim mundata est le
pra eius· Et ait illi ihs̄· Uade nemini dixeris·

S ed uade ostende te sacerdoti · & offer munus quod
mt. lxiiii · IIII · l. lxv · io. xxxvii · praecepit moyses in testimonium illis · Cum autem
introisset capharnaum · accessit ad eum centurio ·
rogans eum & dicens · Dne · puer meus iacet in do
mo paralyticus · & male torquetur · Et ait illi ihs ·
E go ueniam · & curabo eum · Et respondens centurio
ait · Dne · non sum dignus ut intres sub tectum meum ·
sed tantum dic uerbo & sanabitur puer meus ·
N am & ego homo sum sub potestate · habens sub
me milites · Et dico huic uade · & uadit · Et alio ue
ni · & uenit · Et seruo meo fac hoc · & facit · Audiens
autem ihs miratus est · & sequentibus se dixit ·
A men dico uobis non inueni tantam fidem in israhel ·
mt. lxv · V · l. clxxii · D ico autem uobis · quod multi ab oriente & occidente ue
nient · & recumbent cum abraham & isaac · & iacob ·
in regno caelorum · Filii autem regni eicientur in
tenebras exteriores · ibi erit fletus & stridor dentium ·
mt. lxvi · V · l. lxvi · E t dixit ihs centurioni · Uade & sicut credidisti fiat
mt. lxvii · II · mt. xv · l. xxvi · tibi · Et sanatus est puer in illa hora · Et cum uenis
set ihs in domum petri · uidit socerum eius iacentem ·

& febricitantem· Et tetigit manum eius· & dimi
sit eam febris· Et surrexit· & ministrabat ei· Uespe
re autem facto· obtulerunt ei multos daemonia
habentes & eiciebat spiritus uerbo· Et omnes ma
le habentes curauit· ut adimpleretur quod dictum
est per esaiam prophetam dicentem· Ipse infirmitates
nras accepit· & aegrotationes portauit· Uidens autem
ihs multas turbas circum se· iussit ire transfretum·
m̄ lxviii· V l· cx· Et accedens unus scriba· ait illi· Magister· sequar
te quocumque ieris· Et dicit ei ihs· Uulpes foue
as habent· & uolucres caeli nidos· filius autem homi
nis non habet· ubi caput reclinet· Alius autem de di
scipulis eius ait illi· Dne· permitte me primum
ire & sepelire patrem meum· Ihs autem ait illi·
S equere me· Et dimitte mortuos· sepelire mor
TUOS SUOS·

VIII m̄ lxviiii· II m̄ xlvii· l· lxxxiii·



TASCENTE EO
in nauiculam· secuti sunt eum disci
puli eius· Et ecce motus factus est
magnus in mari· ita ut nauicula operiretur flu

etibus. Ipse uero dormiebat. Et accesserunt &
suscitauerunt eum dicentes. Dñe. salua nos pe
rimus. Et dicit eis. Quid timidi estis modice
fidei. Tunc surgens imperauit uentis & mari.
& facta est tranquillitas magna. Porro ho
mines. mirati sunt dicentes. Qualis est hic.
q̄a et uenti & mare. oboediunt ei. Et cū uenis
set transfretum in regionem gerassenorum.
occurrerunt ei duo habentes daemonia. de
monumentis exeuntes. saeui nimis. ita ut ne
mo posset transire per uiam illam. Et ecce cla
mauerunt dicentes. Quid nobis & tibi. ihū fili
dī. Venisti huc ante tempus torquere nos.
E rat autem non longe ab illis grex porcorum
multorū pascens. Daemones autē rogabant
eum dicentes. Si eicis nos. mitte nos in gregē
porcorum. Et ait illis. Ite. At illi exeuntes.
abierunt in porcos. Et ecce impetu abiit totus
grex per praeceps in mare. & mortui sunt in aquis.
P astores autē fugerunt. & uenientes in ciuitatē

nuntiauerunt omnia · & de his qui daemonia
habuerant · Et ecce tota ciuitas exiit obuiam
ihu · & uiso eo · rogabant ut transiret a finibus

VIIII
m · lxx ·
m · xx ·
l · xxxvii ·
lo · xxxviii ·

I O R V M ·



T A S C E N D E N S
in nauiculam · transfretauit · & ue
nit in ciuitatem suam · Et ecce offe
rebant ei paralyticum · iacentem in lecto · Et ui
dens ihc fidem illorum · dixit paralytico · Con
fide fili · remittuntur tibi peccata tua · Et ecce
quidam de scribis dixerunt intra se · hic blas
phemat · Et cum uidisset ihc cogitationes eorum
dixit · Ut quid cogitatis mala in cordibus uris
Quid est facilius dicere dimittuntur tibi pecca
ta · aut dicere surge & ambula · Ut sciatis autem
quo filius hominis habet potestatem inter
ra dimittendi peccata · tunc ait paralytico ·
Surge tolle lectum tuum · & uade in domum
tuam · Et surrexit · & abiit in domum suam ·
Videntes aut turbae timuerunt · Et glorifica

uerunt dm̄ · qui dedit potestatem talem homi
M · LXXI · II · M · XXI · L · XXXVII · nibus · Et cum transiret inde ihc̄ · uidit ho
minem sedentem in thelonio · matheum no
mine · Et ait illi · Sequere me · Et surgens secu
M · LXXII · II · M · XXII · L · XXXVIII · A · CLXXVI · tus est eum · Et factum est discumbente eo in do
mo · ecce multi publicani & peccatores uenientes
discumbebant cum ihu & discipulis eius · Et ui
dentes pharisaei · dicebant discipulis eius · Quare
cum publicanis et peccatoribus manducat ma
M · LXXIII · II · M · XXIII · L · XL · gister uester · At ihc̄ audiens ait · Non est opus
ualentibus medicus · sed male habentibus · Eun
tes autem discite quid est · misericordiam uolo &
non sacrificium · Non enim ueni uocare iustos
sed peccatores · Tunc accesserunt ad eum discipu
li iohannis dicentes · Quare nos & pharisaei ieiu
namus frequenter · discipuli autem tui non ieiu
nant · Ait illis ihc̄ · Numquid possunt filii sponsi
lugere · quamdiu cum illis est sponsus · Ueni
ent autem dies cum auferetur ab eis sponsus · &
tunc ieiunabunt · Nemo autem inmittit com

missurā panni rudis inuestimentū uetus. Tollit
enim plenitudinem eius a uestimento & peior
scissura fit. Neque mittunt uinum nouum in u
tres ueteres. Alioquin rūpuntur utres & uinum
effunditur & utres pereunt. Sed uinum nouum
in utres nouos mittunt & ambo conseruantur.
m̄t. lxxxiii. II m̄r. xlviii. l. lxxxv. Haec illo loquente ad eos. ecce princeps unus acces
sit & adorabat eum dicens. Filia mea modo de
functa est. sed ueni impone manum super eam
& uiuet. Et surgens ihc sequebatur eum & disci
puli eius. Et ecce mulier quae sanguinis fluxū
patiebatur duodecim annis. accessit retro & teti
git fimbriam uestimenti eius. Dicebat enim in
tra se. Si tetigero tantum uestimentum eius sal
ua ero. At ihc conuersus & uidens eam dixit.
Confide filia. fides tua te saluā fecit. Et salua facta
est mulier ex illa hora. Et cum uenisset ihc in do
mum principis & uidisset tibicines & turbā tu
multuantem dicebat. Recedite. non est enim
mortua puella. sed dormit. Et deridebant eū.

m̄ · lxxv ·
X
S · o · l

E t cum eiecta esset turba · intrauit & tenuit manū
eius · & surrexit puella · Et exiit fama haec · in uni
uersam terram illam · Et transeunte inde ihū ·
secuti sunt eum duo caeci · clamantes & dicentes ·
Miserere nr̄i · fili dauid · Cum autē uenisset domū ·
accesserunt ad eum caeci · & dicit eis ihc̄ · Creditis
quia hoc possum facere uobis · Dicunt ei · Utiq·
dn̄e · Tunc tetigit oculos eorum dicens · Secun
dum fidem ur̄am · fiat uobis · Et aperti sunt o
culi illorum · Et comminatus est illis ihc̄ dicens ·
U idete ne quis sciat · Illi autem exeuntes · diffama
uerunt eum in tota terra illa · Egressis autē illis ·
ecce obtulerunt ei hominem mutum · daemo
nium habentem · Et eiecto daemonio · locutus
est mutus · Et miratae sunt turbae dicentes ·
N umquam apparuit sic in israhel · pharisaei autē
dicebant · In principe daemoniorum · eicit dae

m̄ · lxxvi ·
II
m̄ · lii ·
l · clxviii ·

mones · Et circuibat ihc̄ ciuitates omnes &
castella · docens in synagogis eorum · Et prae
dicans euangelium regni · & curans omnē lan

m̄ · lxxvii · VI m̄ · lxii · guorem & omnem infirmitatē · Videns autē
turbas misertus est eis · qui erant uexati & ia
centes · sicut oues non habentes pastorem ·
m̄ · lxxviii · V L · cviii · Tunc dicit discipulis suis · Messis quidem mul
ta · operarii autem pauci · Rogate ergo dnm̄ mes
sis · ut eiciat operarios in messem suam ·

X m̄ · lxxviiii · m̄ · xxviiii · L · lxxvi ·



ET CONUOCATIS
duodecim discipulis suis · dedit illis
potestatem spirituum inmundorum
ut eicerent eos & curarent omnem
m̄ · lxxx · m̄ · xxx · L · xliii · languorem & omnem infirmitatem · uode
cim autem apostolorum nomina sunt haec ·
Primus symon qui dicitur petrus & andreas fra
ter eius · Iacobus hebedei & iohannes frater eius ·
Philippus & bartholomeus · Thomas & mathe
us publicanus · Et iacobus alphei & thatheus ·
Symon chananeus & iudas scariothes · qui & tradi
m̄ · lxxxi · Sol dit eum · os duodecim misit ihc̄ · praecipiens
eis et dicens · In uiam gentium ne abieritis & in
ciuitates samaritanorum ne intraueritis · sed

potius ite ad oues quae perierunt domus israhel.

MT. lxxxii · I · MR. l iii · L. lxxxvi · & cx.

Euntes autem praedicate dicentes quia appropin
quabit regnum caelorum. Infirmos curate mor
tuos suscitate. Leprosos mundate daemones eici
te. Gratis accepistis gratis date. Nolite possidere
re aurum neq· argentum neq· pecuniam in zonis
uris. Non peram in uia neq· duas tunicas neq·
calciamenta neq· uirgam. Dignus est enim ope

MT. lxxxiii · II · MR. l iiii · L. lxxxvii · & cxii.

rarius cibo suo. In quamcumq· ciuitatem aut
castellum intraueritis interrogate quis in ea

MT. lxxxiiii · V · L. cxi.

dignus sit et ibi manete donec exeatis. Intran
tes aut in domum salutate eam. Et si quidem
fuerit domus digna ueniet pax ura super eam.
Si autem non fuerit digna pax ura ad uos reuer

MT. lxxxv · II · MR. l v · L. cxiii · & lxxxviii.

tetur. Et quicumq· non receperit uos neq·
audierit sermones uros exeuntes foras de domo
uel de ciuitate excutite puluerem de pedibus ue
stris. Amen dico uobis tolerabilius erit terrae so
domorum et gomorreorum in die iudicii quam

MT. lxxxvi · V · L. cxiiii.

illi ciuitati. Ecce ego mitto uos sicut oues in

medio luporum· Estote ergo prudentes sicut
M· lxxxvii· & ccxliiii· I serpentes & simplices sicut columbae· Cauete
M· cxxxviii· L· ccl· autē ab hominibus· Tradent enim uos in conciliis·
Io· cxli· & in synagogis suis flagellabunt uos· Et ad praesi
des & ad reges ducemini propter me· in testimoniū
M· lxxxviii II illis & gentibus· Cum autē tradent uos· nolite co
M· cxli· L· cxlviii· & ccli· gitare quomodo aut quid loquamini· Dabitur
enim uobis in illa hora· quid loquamini· Non e
nim uos estis qui loquimini· sed sps̄ patris uri̅ qui
loquitur in uobis· Tradet autē frater fratrē in mor
tem· & pater filium· & insurgent filii in parentes· &
morte eos afficient· Et eritis odio omnibus pro
pter nomen meum· Qui autē perseuerauerit usq·
M· lxxxviiii· X S o l in finem hic saluus erit· Cum autē persequentur
uos in ciuitate ista· fugite in aliam· Amen enim di
co uobis non consummabitis ciuitates israhel· do
M· xc· III nec ueniat filius hominis· Non est discipulus
L· lviii· Io· cxvii & cxxxviiii· super magistrum· nec seruus super dominū suū·
Sufficit discipulo· ut sit sicut magister eius· Et ser
M· xci X S o l uus sicut dominus eius· Si patrem familias be

el hebub uocauerunt · quanto magis domesticos
m̄ · xcii · II · m̄ · xl · l · lxxx · eius · Ne ergo timueritis eos · Nichil enim oper
tū est quod non reuelabitur · & occultum quod
m̄ · xciii · V · l · cxlv · non scietur · Quod dico uobis in tenebris · dici
te in lumine · Et quod in aure auditis · praedicate
super tecta · Et nolite timere eos qui occidunt
corpus · animam autem non possunt occidere ·
Sed potius eum timete · qui potest & animā & cor
pus perdere in gehennam · Nonne duo passeres
asse ueneunt · Et unus ex illis · non cadet super
terram sine patre urō · Urī autem & capilli ca
pitis · omnes numerati sunt · Nolite ergo time
re · multis passeribus meliores estis uos · Omnis
ergo qui confitebitur me corā hominibus · confi
tebor & ego eum coram patre meo · qui est in cae
m̄ · xciiii · II · m̄ · lxxxvi · l · xcvii · & cxlvi · lis · Qui autē negauerit me corā hominibus ·
negabo & ego eum coram patre meo · qui est in
m̄ · xcv · V · l · clx caelis · Nolite arbitrari · quia uenerim mitte
re pacem in terram · Non ueni pacem mittere ·
sed gladium · Ueni enim separare hominem ·

aduersus patrē suum · & filiam aduersus matrē
suam · & nurum aduersus socrum suā · & inimici
m·xcvi · V · l·clxxxii · hominis domestici eius · Qui amat patrem
aut matrem plusquam me · non est me dignus ·
Et qui amat filium aut filiam super me · non est
me dignus · Et qui non accipit crucem suā &
m·xcvii · III · l·ccxi · lo·cx · sequitur me · non est me dignus · Qui inue
nit animam suā perdet illam · Et qui perdide
m·xcviii · I · m·xcvi · l·cxvi · lo·cxx · rit animā suā propter me · inueniet eā · Qui recipit
uos me recipit · Et qui me recipit · recipit eū
m·xcviiii · X · Sol · qui me misit · Qui recipit prophetā in nomi
ne prophetae · mercedem prophetae accipiet · Et
qui recipit iustum in nomine iusti · mercedem
m·c · VI · m·xcviii · iusti accipiet · Et qui cumq; potum dederit
uni ex minimis istis calicem aquae frigidae tan
tum in nomine discipuli · amen dico uobis non
PERDIT MERCEDEM SUAM ·

XI · m·ci · X · Sol ·

ET FACTUM EST
cum consummasset ihc · praeci
piens duodecim discipulis suis ·

transiit inde ut doceret & praedicaret in ciuitatibus
m̄. cii· V l. lxviii eorum· Iohannes aut̄ cum audisset in uinculis
opera xp̄i mittens duos de discipulis suis ait illi·
Tu es qui uenturus es an alium expectamus· Et re
spondens ih̄c ait illis· Euntes renuntiate iohanni·
quae audistis & uidistis· Caeci uident· claudi ambu
lant· leprosi mundantur· Surdi audiunt· mortui
resurgunt· pauperes euangelizantur· Et beatus ē·
qui non fuerit scandalizatus in me· Illis autē abe
euntibus coepit ih̄c dicere ad turbas de iohanne·
Quid existis in desertum uidere harundinem uen
to agitatam· Sed quid existis uidere· hominem
mollibus uestitum· Ecce qui mollibus uestiunt
in domibus regum sunt· Sed quid existis uidere·
Prophetam· Etiam dico uobis & plusquam pro
m̄. ciii· II m̄. i· l. lxx· phetam· Sic enim est· de quo scriptum est·
Ecce ego mitto angelum meū ante faciem tuam·
m̄. ciiii· V l. lxxi· qui praeparabit uiam tuam ante te· Amen
dico uobis non surrexit inter natos mulierum
maior iohanne baptista· Qui aut̄ minor ē in re

m̄ · cv · V l · cxciii · gno caelorum · maior est illo · A diebus aut̄ iohan
nis baptistae usq· nunc · regnum caelorum uim pa
m̄ · cvi · X S̊ o l titur & uiolenti rapiunt illud · Omnes enim pro
phetae & lex · usq· ad iohannem prophetauerunt ·
Et si uultis recipere · ipse est helias qui uenturus est ·
m̄ · cvii · V l · lxxiii · Qui habet aures audiendi audiat · Cui aut̄ similē
aestimabo generationem istā · Similis est pueris
sedentibus in foro · qui clamantes coaequalibus di
cunt · Cecinimus uobis & non saltastis · lamenta
uimus & non planxistis · Uenit enim enim io
hannes neq· manducans neq· bibens & dicunt ·
Daemonium habet · Uenit filius hominis mandu
cans & bibens & dicunt · Ecce homo uorax & po
tator uini · publicanorū & peccatorum amicus ·
m̄ · cviii · V l · cxv · Et iustificata est sapientia a filiis suis · Tunc coe
pit exprobrare ciuitatibus in quibus factae sunt
plurimae uirtutes eius · quia non egissent poeniten
tiam · Uae tibi corohain · uae tibi bethsaida · Quia
si in tyro & sydonae factae essent uirtutes quae fa
ctae sunt in uobis · olim in cilicio & cinere poeniten

tiam egissent. Uerumtamen dico uobis tyro et
sidoni remissius erit in die iudicii quam uobis.
Et tu capharnaum numquid usque in caelum exal
m·cxuiii· X S o l — taberis? Usque in infernum descendes. Quia si in
sodomis factae fuissent uirtutes quae factae sunt
in te, forte mansissent usque in hunc diem. Uerum
tamen dico uobis quia terrae sodomorum remis
m·cx· V L·cxuiii· — sius erit in die iudicii quam tibi. In illo tem
pore respondens ihs dixit. Confiteor tibi pater
dne caeli et terrae quia abscondisti haec a sapien
bus et prudentibus et reuelasti ea paruulis. Ita
m·cxi· IIII L·cxuiii· Io·clxuiii· &·xxx· — pater quoniam sic fuit placitum ante te. Omnia
mihi tradita sunt a patre meo. Et nemo no — m·cxii IIII L·cxuiii· Io·lxxxuii·
uit filium nisi pater neque patrem quis nouit nisi
filius et cui uoluerit filius reuelare. Uenite ad
m·cxiii· X S o l· — me omnes qui laboratis et onerati estis et ego refi
ciam uos. Tollite iugum meum super uos et disci
te a me quia mitis sum et humilis corde et in
uenietis requiem animabus uestris. Iugum enim
meum suaue est et onus meum leue est.

XII

m̄ · cxiiii ·
II
m̄ · cxiiii ·
L · xli ·

IN ILLO TEMPORE ABIIT
ihc sabbato per sata · discipuli autē eius esurientes ·
coeperunt uellere spicas & manducare · pharisaei
autē uidentes dixerunt ei · Ecce discipuli tui fa
ciunt · quod non licet facere eis sabbatis · At ille di
xit eis · Non legistis quid fecerit dauid · quando
esuriit ipse & qui cum eo erant · quomodo intra
uit in domum dī · & panes ppositionis comedit ·
quos non licebat ei edere · neq; his qui cum eo erant ·

m̄ · cxv ·
X
S a l

nisi solis sacerdotibus · Aut non legistis in lege ·
quia sabbatis sacerdotes in templo sabbatum ui
olant · & sine crimine sunt · Dico autē uobis quia
templo maior est hic · Si autē sciretis quid est ·
misericordiam uolo & non sacrificium · Numquā con
demnasset is innocentes · Dns est enim filius ho

m̄ · cxvi ·
II
m̄ · xcv ·
L · xlii ·

minis · etiam sabbati · Et cum inde transisset
uenit in synagogam eorum · Et ecce homo ma
num habens aridam · Et interrogabant eum
dicentes · Si licet sabbatis curare · Ut accusarent eū ·
Ipse autē · dixit illis · Quis erit ex uobis homo qui

habeat ouem unam & si ceciderit haec sabbatis in
foueam nonne tenebit & leuabit eam quanto
magis melior est homo oue. Itaq; licet sabba
tis bene facere. Tunc ait homini. Extende ma
num tuam. Et extendit. Et restituta est sanita
mt cxvii IIII mr xxvi lo xciii & xcv ti sicut altera. Exeuntes aut̄ pharisaei consili
um faciebant aduersus eum quomodo eum per
mt cxviii X Sol derent. Ihc autē sciens recessit inde. Et secuti
sunt eum multi & curauit eos omnes. Et prae
cepit eis ne eum manifestum facerent. Ut adim
pleretur quod dictum est per esaiam prophetā
dicentem. Ecce puer meus quem elegi dilectus
meus in quo bene conplacuit animae meae.
Ponam spm̄ meum super eum & iudicium gen
tibus nuntiabit. Non contendet neq; clamabit.
neq; audiet aliquis in plateis uocem eius. Arun
dinem quassatam non confringet & linum fu
migans non extinguet. Donec eiciat ad uicto
riam iudicium & in nomine eius gentes spera
mt cxviiii V l cxxvi bunt. Tunc oblatus est ei daemonium habens

caecus & mutus· & curauit eum· ita ut loqueret̄
m̄·cxx· VII lo·lxxxii· & uideret· Et stupebant omnes turbae· & dice
m̄·cxxi· II m̄·xxxii· l·cxxvii· bant· Numquid hic est filius dauid? Pharisei
autē audientes dixerunt· hic non eicit daemo
nes nisi in beelzebub principe daemoniorum·
m̄·cxxii· II m̄·xxxiii· l·cxxviii· Ihc autem sciens cogitationes eorū· dixit eis· Omne
regnum diuisum contra se· desolabitur· Et omnis
ciuitas uel domus diuisa contra se· non stabit·
Et si satanas satanan eicit· aduersus se diuisus est·
quomodo ergo stabit regnum eius? Et si ego in
beelzebub eicio daemones· filii urī in quo eici
unt? Ideo ipsi iudices erunt urī· Si autē ego
in spū dī eicio daemones· igitur peruenit in uos
regnum dī· Aut quomodo potest quisquam
intrare in domum fortis· & uasa eius diripere· ni
si prius alligauerit fortem· & tunc domum eius
m̄·cxxiii· II m̄·xxxiiii· l·cxlvii· diripiat? Qui non ē mecum· contra me est· Et
qui non congregat mecum· spargit· Ideo di
co uobis· omne peccatum· & blasphemia· remit
tetur hominibus· Sp̄s autem blasphemiae n̄

remittetur· Et qui cumq; dixerit uerbum con
tra filium hominis remittetur ei· Qui autem dixerit
contra spm scm· non remittetur ei· neq; in hoc
m·cxxiiii· X S o L saeculo· neq; in futuro· Aut facite arborem bo
nam & fructum eius bonum· Aut facite arbo
rem malam· & fructum eius malum· Siquidem
ex fructu· arbor agnoscitur· Progenies uipera
rum· quomodo potestis bona loqui· cum si
tis mali· Ex abundantia enim cordis os loqui
m·cxxv· V L·lxii· tur· Bonus homo· de bono thesauro profert
bonum· Et malus homo· de malo thesauro
m·cxxvi· X S o L· profert malum· Dico autem uobis· quia o
mne uerbum otiosum quod locuti fuerint ho
mines· reddent rationem de eo· in die iudicii·
Ex uerbis enim tuis iustificaberis· & ex uerbis
m·cxxvii· V L·cxxviii· tuis condemnaberis· Tunc responderunt
ei quidam de scribis & pharisaeis dicentes· Ma
m·cxxviii· V L·cxxxi· gister uolumus a te signum uidere· Qui re
spondens ait illis· Generatio mala & adultera
signum quaerit· & signum non dabitur ei·

nisi signum ionae pphetae· Sicut enim fuit
ionas inuentre ceti tribus diebus & tribus no
ctibus· sic erit filius hominis incorde terrae tri
bus diebus & tribus noctibus· Uiri nineuitae
surgent iniudicio cum generatione ista· & con
demnabunt eam· quia poenitentiā egerunt
inpraedicatione ionae· Et ecce plusquā iona
hic· Regina austri surget iniudicio cum gene
ratione ista· & condemnabit eam· quia uenit
afinibus terrae· audire sapientiā salomonis·
m̄· cxxviii· V L· cxxx· Et ecce plusquā salomon hic· Cum aūt inmun
dus spiritus exierit abhomine· ambulat ploca
arida· quaerens requiem & non inuenit· Tunc
dicit· Reuertar indomum meā unde exiui·
Et ueniens inuenit uacantem· scopis mundatā
& ornatā· Tunc uadit & assumit septē alios spi
ritus secum nequiores se· & intrantes habitant
ibi· Et fiunt nouissima hominis illius peiora
prioribus· Sic erit & generationi huic pessimę·
dhuc eo loquente adturbas· ecce mater eius &

fratres stabant foris quaerentes loqui ei · Dixit au
tem ei quidam · Ecce mater tua & fratres tui foris
stant · quaerentes te · At ipse respondens dicenti
sibi ait · Quae est mater mea · & qui sunt fratres
mei · Et extendens manum in discipulos suos dix ·
E cce mater mea & frs mei · Qui cumq· enim fecerit
uoluntatem patris mei qui in caelis est · ipse meus
frater · & soror · & mater est ·

XIII
m · cxxxi ·
m · xxxvi ·
l · lxxvi ·

IN ILLO DIE EXIENS
ihc de domo · sedebat secus mare · Et congregatae
sunt ad eum turbae multae · ita ut in nauiculam
ascendens sederet · Et omnis turba stabat in lito
re · & locutus est eis multa in parabolis dicens ·
E cce exiit qui seminat · seminare · Et dum seminat ·
quaedā̄ ceciderunt secus uiam · & uenerunt uolu
cres & comederunt ea · Alia autē ceciderunt in pe
trosa ubi non habebat terrā multam · & continuo
exorta sunt · quia non habebant altitudinem terrę ·
S ole autem orto aestuauerunt · & quia non habebant
radicem · aruerunt · Alia autē ceciderunt in spinas ·

& creuerunt spinae · & suffocauerunt ea · Alia autē
ceciderunt in terrā bonam · & dabant fructū · Ali
ud centesimū · aliud sexagesimū · aliud tricesimū ·
Q ui habet aures audiendi audiat · Et accedentes disci
puli dixerunt ei · Quare in parabolis loqueris eis ·
Q ui respondens ait illis · Quia uobis datum est nos
se mysteria regni caelorū · illis autē non est da
m̄ · cxxxii · V l · lxxxi · tum · Qui enim habet · dabitur ei & abundabit ·
Q ui autem non habet · & quod habet · auferetur
m̄ · cxxxiii · I m̄ · xxxvii · l · lxxvii · lo · cviiii · ab eo · Ideo in parabolis loquor eis · quia uiden
tes non uident · & audientes non audiunt · neq; in
tellegunt · Et adimpletur in eis prophetia esaiae
dicens · Auditu audietis · & non intellegetis · Et
uidentes uidebitis · & non uidebitis · Incrassatum
est enim cor populi huius · & auribus grauiter
audierunt · & oculos suos clauserunt · Nequando
oculis uideant · & auribus audiant · & corde intel
m̄ · cxxxiiii · V l · cxx · legant · & conuertantur · & sanem eos · Uestri autē
beati oculi quia uident · & aures uestrae quia audi
unt · Amen quippe dico uobis · quia multi pro

phetae & iusti cupierunt uidere quae uidetis & non uiderunt · Et audire quae auditis & non audierunt · Uos ergo audite parabolam seminantis · Omnis qui audit uerbum regni & non intellegit · uenit malus & rapit quod seminatum ē in corde eius · hic est · qui secus uiam seminatus est ·

Qui autē supra petrosa seminatus est · hic est qui uerbum audit · & continuo cum gaudio accipit illud · Non habet autem in se radicem · sed est temporalis · Facta autē tribulatione & persecutione propter uerbum · continuo scandalizatur ·

Qui autē seminatus est in spinis · hic est qui uerbū audit · & sollicitudo saeculi istius · & fallacia diuitiarum suffocat uerbum · & sine fructu efficitur · Qui uero in terrā bonam seminatus est · hic est qui audit uerbum & intellegit · & fructū affert · Et facit aliud quidem centesimum · aliud autē sexagesimum · aliud uero tricesimum · Aliam parabolam proposuit illis dicens · Simile factum est regnū caelorū

m · cxxxv · / II / m · xxxviii · / L · lxxviii ·

m · c xxxvi · / X / sol ·

homini qui seminauit bonum semen in agro suo·
C um autem dormirent homines· uenit inimicus
eius· & super seminauit zizania in medio tritici
& abiit· Cum autem creuisset herba & fructum
fecisset· tunc apparuerunt & zizania· Accedén
tes autem serui patrisfamilias· dixerunt ei· Dñe·
nonne bonum semen seminasti in agro tuo· un
de ergo habet zizania· Et ait illis· Inimicus ho
mo hoc fecit· Serui autem dixerunt ei· Uis imus
& colligimus ea· Et ait· Non· Ne forte colligen
tes zizania· eradicetis simul cum eis & triticū·
S inite utraq· crescere usq· ad messem· & in tem
pore messis· dicam messoribus· Colligite pri
mum zizania· & alligate ea fasciculis ad combu
rendum· Triticum autem congregate in hor
m· cxxxvii· II m· xliiii· l· clxvii· reum meum· Aliam parabolam proposuit
eis dicens· Simile est regnum caelorum gra
no sinapis· quod accipiens homo seminauit in
agro suo· quod minimum quidem est omni
bus seminibus· Cum aut̄ creuerit· maius est

omnibus holeribus· & fit arbor· ita ut uolucres cae
m̄ cxxxviii · V · L clxviii · li ueniant & habitent in ramis eius· Aliam pa
rabolam locutus est eis· Simile est regnum cae
lorum fermento· quod acceptum mulier ab
scondit in farinae satis tribus· donec fermenta
m̄ cxxxviiii · VI · m̄ xlv · tum est totum· Haec om̄a locutus est ih̄c in
parabolis ad turbas· & sine parabolis non loque
batur eis· ut impleretur quod dictum erat per
prophetam dicentem· Aperiam in parabolis os
meum· eructuabo abscondita a constitutione
m̄ cxl · X · Sol · mundi· Tunc dimissis turbis uenit in domū·
& accesserunt ad eum discipuli eius dicentes· Dis
sere nobis parabolam zizaniorum agri· Qui re
spondens ait· Qui seminat bonum semen· est
filius hominis· Ager autē· est mundus· Bonū
uero semen· hi sunt filii regni· Zizania autē fi
lii sunt nequam· Inimicus autem qui seminauit
ea· est diabolus· Messis uero· consummatio sae
culi est· Messores autē· angeli sunt· Sicut ergo
colliguntur zizania· & igni comburuntur· sic

erit in consummatione saeculi · Mittet filius ho
minis angelos suos · & colligent de regno eius om̄a
scandala · & eos qui faciunt iniquitatē · & mittent
eos in caminum ignis · ibi erit fletus & stridor
dentium · Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno
patris eorum · Qui habet aures audiendi audiat ·
S imile est regnum caelorum thesauro abscondito
in agro · Quem qui inuenit homo abscondit · &
prae gaudio illius uadit · & uendit uniuersa quę
habet · & emit agrum illum · Iterum simile est re
gnum caeloꝝ homini negotiatori · quaerenti bo
nas margaritas · Inuenta autē una praeciosa mar
garita · abiit & uendidit om̄ia quae habuit · & e
mit eam · Iterum simile est regnū caelorum ·
sagenae missae in mare · & ex omni genere pisci
um congreganti · Quam cum impleta esset edu
centes & secus litus sedentes · elegerunt bonos
in uasa · malos autē foras miserunt · Sic erit in
consummatione saeculi · Exibunt angeli · & se
parabunt malos de medio iustorū · & mittent

eos in caminum ignis· ibi erit fletus & stridor den
tium· Intellexistis haec omnia? Dicunt ei· Etiam·
A it illis· Ideo omnis scriba doctus in regno caelorum
similis est homini patrifamilias· qui profert de
thesauro suo noua & uetera· Et factum est cum
consummasset ihc parabolas istas· transiit inde·
m· cxli· mr· l· l· xviii· io· lviii· Et ueniens in patriam suam· docebat eos in synago
gis eorum· ita ut mirarentur & dicerent· Unde
huic sapientia haec & uirtutes? Nonne hic est fa
bri filius? Nonne mater eius dicitur maria? & fratres
eius iacobus et ioseph· & simon· et iudas? & sorores
eius nonne omnes apud nos sunt? Unde ergo huic
m· cxlii· mr· li· l· xvi· io· xxxv· omnia ista? Et scandalizabantur in eo· Ihc au
tem dixit eis· Non est propheta sine honore ni
si in patria sua· & in domo sua· Et non fecit ibi uir
tutes multas propter incredulitatem illorum·

XIIII

m· cxliii· mr· lvii· l· xc·

IN ILLO TEMPORE AUDIVIT
herodes tetrarcha famam ihu· & ait pueris suis·
hic est iohannes baptista· ipse surrexit a mortu
m· cxliiii· mr· lviii· l· xci· is· & ideo uirtutes operantur in eo· Herodes au

tem tenuit iohannem & alligauit eu̅ & posuit in car
cerem · propter herodiadem uxorem fratris sui ·
D icebat enim illi iohannes · Non licet tibi habere ea̅ ·
E t uolens illum occidere · timuit populum · quia
m̄ clxv · VI m̄ lx · sicut prophetam eum habebant · D ie autē nata
lis herodis · saltauit filia herodiadis in medio & pla
cuit herodi · Unde cum iuramento pollicitus est
ei dare : quodcumq · postulasset ab eo · At illa prae
monita a matre sua · da mihi inquit hic in disco ·
caput iohannis baptistae · Et contristatus est
rex · Propter iuramentum autē · & eos qui pari
ter recumbebant · iussit dari · Misitq · & decollauit
iohannem in carcere · Et allatum est caput eius
in disco · & datum est puellae · & tulit matri suae ·
E t accedentes discipuli eius · tulerunt corpus & se
pelierunt illud · et uenientes · nuntiauerunt ih̅u ·
m̄ clxvi · IIII L xxiii · Io xlvii · Q uod cum audisset ih̅s · secessit inde in nauicula ·
in locum desertum seorsum · Et cum audissent
turbae · secutae sunt eum pedestres de ciuitati
bus · Et exiens uidit turbā multam · & misertus

mt. cxlvii · I · mr. lxiiii · L. xciii · Io. xlviii · est eius & curauit languidos eorum. Vespere
autem facto accesserunt ad eum discipuli eius di
centes. Desertus est locus & hora iam praeterit.
D imitte turbas ut euntes in castella emant sibi escas.
I hs autem dixit eis. Non habent necesse ire. date il
lis uos manducare. Responderunt ei. Non habe
mus hic nisi quinque panes & duos pisces. Qui ait
eis. Afferte illos michi huc. Et cum iussisset tur
bam discumbere supra foenum acceptis quinque
panibus & duobus piscibus aspiciens in caelum
benedixit et fregit. Et dedit discipulis panes. di
scipuli autem turbis. Et manducauerunt omnes
& saturati sunt. Et tulerunt reliquias xii cophi
nos fragmentorum plenos. Manducantium au
tem fuit numerus quinque milia uirorum exceptis
mt. cxlviii · VI · mr. lxv · mulieribus et paruulis. Et statim iussit disci
pulos ascendere in nauiculam & praecedere eum
mt. cxlviiii · II · mr. lxvi · L. xliii xxxv · trans fretum donec dimitteret turbas. t di
missa turba ascendit in montem solus orare.
mt. cl · IIII · mr. lxvii · Io. li · Vespere autem facto solus erat ibi. Nauicula autem

in medio mari iactabatur fluctibus. Erat enim
contrarius uentus. Quarta autem uigilia noctis
uenit ad eos ambulans super mare. Et uiden
tes eum supra mare ambulantem turbati s[unt]
dicentes quia fantasma est. Et prae timore
clamauerunt. Statimq[ue] ih[esu]s locutus est eis di
centes: habete fiduciam ego sum nolite time
m. clr. X S o l re. Respondens autem petrus dixit. D[omi]ne si
tu es iube me uenire ad te super aquas. At ipse
ait. Ueni. Et descendens petrus de nauicula
ambulabat super aquam ut ueniret ad ih[esu]m.
Uidens autem uentum ualidum timuit. Et cu[m]
coepisset mergi clamauit dicens. D[omi]ne saluu[m]
me fac. Et continuo ih[esu]s extendens manu[m] app[re]
hendit eum et ait illi. Modicae fidei quare du
m. clu. VI m. lxuiii. bitasti. Et cum ascendisset in nauicula[m] cessa
uit uentus. Qui autem in nauicula erant uener[unt]
et adorauerunt eum dicentes. Uere filius d[e]i es.
m. clui. II m. lxuiii. l. xxxui. Et cum transfretassent uenerunt in terra[m] genne
sar. Et cum cognouissent eum uiri loci illius mi

ferunt in uniuersam regionem illam · & obtulerunt
ei omnes male habentes · Et rogabant eum · ut uel
fimbriam uestimenti eius tangerent · Et quicumque
tetigerunt · salui facti sunt ·

XV
m̄r· cliiii·
VI
m̄r· lxxi·



UNC ACCESSE
runt ad eum abierosolymis scribae &
pharisaei · dicentes · Quare discipuli tui
transgrediuntur traditionem seniorum ·
Non enim lauant manus suas · cum panem
manducant · Ipse autem respondens · ait illis ·
Quare & uos transgredimini mandatum dei pro
pter traditionem uestram · Nam deus dixit · Ho
nora patrem & matrem · & qui maledixerit
patri uel matri · morte moriatur · Uos autem dici
tis · qui cumque dixerit patri uel matri · munus
quodcumque est ex me · tibi proderit · & non hono
rificauit patrem suum aut matrem suam · &
irritum fecistis mandatum dei · propter tradi
tionem uestram · hypocritae · bene prophetauit
de uobis esaias dicens · Populus hic labiis me

honorat · cor autem eorum longe est a me ·
S ine causa autem colunt me · docens doctrinas et
mandata hominum · Et conuocatis ad se turbis ·
dixit eis · Audite et intellegite · Non quod in
trat in os coinquinat hominem · sed quod pro
cedit ex ore · hoc coinquinat hominem ·
m̄ · clvi · X S o l T unc accedentes discipuli eius · dixerunt ei · Scis
quia pharisaei audito uerbo scandalizati sunt ·
A t ille respondens ait · Omnis plantatio quam
non plantauit pater meus caelestis · eradicabi
m̄ · clvii · V L · lvii · tur · S inite illos · caeci sunt · duces caecorum ·
C aecus autem si caeco ducatum praestet · ambo in
m̄ · clviii · VI m̄ · lxxii · fouea cadunt · Respondens autem petrus di
xit ei · Edissere nobis parabolam istam · At ille
dixit · Adhuc et uos sine intellectu estis · Non in
tellegitis quia omne quod in os intrat · in uen
trem uadit · et in secessum emittitur · Quae au
tem procedunt de ore · de corde exeunt · et ea
coinquinant hominem · De corde enim exe
unt cogitationes malae · homicidia · adulteria ·

fornicationes· furta· falsa testimonia· blasphemi
ae· haec sunt quae coinquinant hominem·
Non lotis autē manibus manducare· non coinqui
nat hominem· Et egressus inde ihc· secessit in
partes tyri· & sydonis· Et ecce mulier chananae
a· a finibus illis egressa· clamauit dicens ei· Mise
rere mei fili dauid· filia mea male a doemonio
uexatur· Qui non respondit ei uerbum· Et acce
dentes discipuli eius· rogabant eum dicentes· Di
m·clvii· V L·ccxiii· mitte eam· quia clamat post nos· Ipse autē
respondens ait· Non sum missus nisi ad oues·
m·clviii· VI m·lxxii· quae perierunt domus israhel· Et illa uenit·
& adorauit eum dicens· Dnē· adiuua me· Qui re
spondens ait· Non est bonum sumere panem
filiorū· & mittere canibus· At illa dixit· Etiam
dnē· Nam & catelli edunt de miciis· quae ca
dunt de mensa dominorum suorum· Tunc
respondens ihc· ait illi· O mulier magna est fi
des tua· fiat tibi sicut uis· Et sanata est filia eius
m·clx· V m·lxxvi ex illa hora· Et cum transisset inde ihc· uenit

secus mare galileae · Et ascendens in montem se
debat ibi · Et accesserunt ad eum turbae multę
habentes secum · mutos · caecos · claudos · debiles ·
& alios multos · Et proiecerunt eos ad pedes eius ·
& curauit eos · Ita ut turbae mirarentur · uiden
tes mutos loquentes · claudos ambulantes · caecos
uidentes · & magnificabant dm̄ israhel ·

XVI IHC AUTEM CONUOCATIS
discipulis suis · dixit · Misereor turbae · quia tri
duo iam pseuerant mecum · & non habent qđ
manducent · Et dimittere eos ieiunos nolo · ne
deficiant in uia · Et dicunt ei discipuli · Unde er
go nobis in deserto panes tantos · ut saturemus
turbam tantam · Et ait illis ihc · Quot panes
habetis · At illi dixerunt · Septem · & paucos
pisciculos · Et praecepit turbae · ut discumberet
super terram · Et accipiens septem panes & pisces ·
& grās agens · fregit & dedit discipulis suis · & disci
puli dederunt populo · Et comederunt omnes ·
& saturati sunt · Et quod superfuit de fragmen

tis· tulerunt septem sportas plenas· Erant autem
qui manducauerunt quattuor milia hominũ·
extra paruulos & mulieres· Et dimissa turba· a
scendit in nauiculam· & uenit in fines magedon·
m̄· clxi· IIII m̄· lxxvii· lo· xxiii· Et accesserunt ad eum pharisaei & saducęi tem
ptantes & rogauerunt eum ut signum de caelo
m̄· clxii· V l· clxi· ostenderet eis· At ille respondens ait eis· Fa
cto uespere· dicitis· serenum erit· rubicundum
est enim caelum· Et mane· hodie tempestas· ru
tilat enim triste caelum· Faciem ergo caeli di
iudicare nostis· signa autẽ temporum non po
m̄· clxiii· VI m̄· lxxviii· testis· Generatio mala & adultera signum quę
rit· & signum non dabitur ei nisi signum ionae·
Et relictis illis abiit· Et cum uenissent discipuli eius
m̄· clxiiii· II m̄· lxxviiii· l· cxliiii· transfretum· obliti sunt panes accipere· Qui
dixit illis· Intuemini & cauete a fermento pha
m̄· clxv· VI m̄· lxxx· risaeorũ & saducaeorum· At illi cogitabant
intra se dicentes· Quia panes non accepimus· Sci
ens autẽ ihc dixit· Quid cogitatis inter uos modi
cae fidei· quia panes non habetis· Nondum intel

legitis neq· recordamini quinq· panum· & quinq·
milia hominum· & quot cophinos sumpsistis? Neq·
septem panum & quattuor milia hominum· &
quot sportas sumpsistis? Quare non intellegi
tis· quia non de pane dixi uobis· cauete a fer
mento pharisaeorum & saduceorum? Tunc
intellexerunt quia non dixerit cauendum
a fermento panum· sed a doctrina pharisaeo
m· clxvi· I m· lxxxii· l· xciiii· lo· lxxiiii· rum & saducaeorum· Venit aut̄ ihc̄ in par
tes caesareae philippi· & interrogabat discipu
los suos dicens· Quem dicunt homines ee̅ filiu
hominis? At illi dixerunt· Alii iohannem
baptistam· alii aut̄ heliam· alii uero ieremia·
aut unum ex prophetis· Dicit illis· Uos aut̄
quem me esse dicitis? Respondens simon pe
m· clxvii· X Sol· trus dixit· Tu es xp̄c filius dī uiui· Respon
dens aut̄ ihc̄ dixit ei· Beatus es simon bar
iona· quia caro & sanguis non reuelauit tibi·
sed pater meus qui in caelis est· Et ego dico
tibi· quia tu es petrus· & sup̄ hanc petrā aedifi

cabo aecclesiam meam· Et portae inferi non prae
ualebunt aduersus eam· Et tibi dabo claues re
gni caelorum· Et quodcumq· ligaueris super
terram· erit ligatum in caelis· Et quodcumq·
solueris super terram· erit solutum & in caelis·
m· clxvii· II m· lxxxiii· l· xcv· Tunc praecepit discipulis suis· ut nemini dicerent·
quia ipse eēt ihc̄ xp̄c· Exinde coepit ihc̄ osten
dere discipulis suis· quia oporteret eum ire iero
solimam· & multa pati a senioribus· & scribis· et
principibus sacerdotum· & occidi· & tertia die
m· clxviii· VI m· lxxxiiii· resurgere· Et adsumens eum petrus· coepit in
crepare illum dicens· Absit a te dn̄e· non erit
tibi hoc· Qui conuersus dixit petro· Uade post
me satanas· scandalum es michi· quia non sapis
m· clxx· II m· lxxxv· l· xcvi· ea quae dī sunt· sed ea quae hominum· Tunc
ihc̄ dixit discipulis suis· Si quis uult post me
uenire· abneget semet ipsum· & tollat crucem
suam et sequatur me· Qui enim uoluerit ani
mam suam saluam facere· perdet eam· Qui au
tem perdiderit animā suā pp̄ter me· inueni&

cam· Quid enim prodest homini si mundum uni
uersum lucretur· animae uero suae detrimentū
patiatur· Aut quam dabit homo commutationē
m̄ clxxi· x S o l pro anima sua· Filius enim hominis uenturus
est in gloria patris sui cum angelis suis· & tunc red
det unicuiq· secundum opera eius· Amen dico
m̄ clxxii· II m̄ lxxxvii· l xcviii· uobis· sunt quidam de hic stantibus qui non gu
stabunt mortem· donec uideant filiū hominis
uenientem in regno suo·

XVII



ET POST DIES SEX

assumpsit ihc̄ petrum et iacobum·
& iohannem· fratrem eius· et ducit
illos in montem excelsum seorsum· et transfigu
ratus est ante eos· Et resplenduit facies eius sicut
sol· uestimenta autē eius facta sunt alba sicut nix·
Et ecce apparuit illis moyses et helias cum eo loquen
tes· Respondens autē petrus dixit ad ihm̄· Dn̄e·
bonum est nos hic esse· si uis faciamus hic tria ta
bernacula· Tibi unum· et moysi unum· et heliae
unum· Adhuc eo loquente· ecce nubes lucida

obumbrauit eos. Et ecce uox de nube dicens.
Hic est filius meus dilectus in quo michi bene cō
placui ipsum audite. Et audientes discipuli
ceciderunt in faciem suam & timuerunt ual
de. Et accessit ih̄s & tetigit eos dixitq. eis Sur
gite & nolite timere. Leuantes autē oculos su
os neminem uiderunt nisi solum ih̄m. Et de
scendentibus illis de monte praecepit ih̄s di
cens. Nemini dixeritis uisionem donec fili
m̄ clxxiii VI m̄ lxxxviiii us hominis a mortuis resurgat. Et interro
gauerunt eum discipuli dicentes. Quid ergo
scribae dicunt quod heliam oportet primum
uenire. At ille respondens ait. Helias quidem
uenturus est & restituet omnia. Dico autē
uobis quia helias iam uenit & non cognouer̄
eum sed fecerunt in eo quaecumq. uoluerunt.
Sic & filius hominis passurus est ab eis. Tunc in
tellexerunt discipuli quia de iohanne baptista
m̄ clxxiiii II m̄ xci l xcviiii dixisset eis. Et cum uenisset ad turbā acces
sit ad eum homo genibus prouolutus ante eum

dicens· Dn̄e· miserere filii mei· quia lunati
cus est· & male patitur· Nam saepe cadit
in ignem· & crebro in aquam· & optuli eum
discipulis tuis· & non potuerunt curare
eum· Respondens ih̄c ait· O generatio in
credula & peruersa· quo usq· ero uobiscū·
usquequo patiar uos· Afferte huc illum ad
me· Et increpauit illum ih̄c· & exiit abeo
daemonium· & curatus est puer ex illa hora·

m·clxxv· V l·cc· Tunc accesserunt discipuli ad ih̄m secreto·
& dixerunt· Quare nos non potuimus eice
re illū· Dicit illis· Propter incredulitatem
urām· Amen quippe dico uobis· si habueri
tis fidem sicut granum sinapis· dicetis mon
ti huic· transi hinc & transibit· & nichil im
possibile erit uobis· hoc autem genus non
eicitur· nisi p orationem & ieiunium·

inducerent puerum ihm parentes eius ut face
rent secundum consuetudinem legis pro eo· & ipse
accepit eum in ulnas suas· & benedixit dm & di
xit· Nunc dimittis seruum tuum dne· secun

dum uerbum tuum in pace· Quia uiderunt
oculi mei salutare tuum· quod parasti ante
faciem omnium populorum· Lumen ad reue
lationem gentium· & gloriam plebis tuae isra
hel· E t erat pater eius & mater· mirantes su
per his· quae dicebantur de illo· Et benedixit
illis symeon· & dixit ad mariam matrem eius·
E cce positus est hic in ruinam· & resurrectione̅
multorum in israhel· & in signum cui contradi
cetur· Et tuam ipsius animam pertransibit
gladius· ut reuelentur ex multis cordibus cogi
tationes· Et erat anna prophetissa filia phanuel·
de tribu aser· haec processerat in diebus multis
& uixerat cum uiro suo annis septem· a uirgini
tate sua· Et haec uidua· usq; ad annos octoginta
quattuor· quae non discedebat de templo· ieiu
niis & obsecrationibus seruiens nocte ac die· Et
haec ipsa hora superueniens· confitebatur dn̄o·
& loquebatur de illo omnibus· qui expectabant
redemptionem ierusalem· Et ut perfecerunt o

omnia secundum legem dn̄i · reuersi sunt ingalile
am · inciuitatem suam nazareth · Puer autem
crescebat & confortabatur · plenus sapientia · Et
gratia di̅ · erat in illo · Et ibant parentes eius p̄
omnes annos inierusalem · indie sollemni pa
schae · Et cum factus esset annorum duode
ci ascendentibus illis inierosolymam · secundum
consuetudinem diei festi · consummatisq; dieb;
cum redirent · remansit puer ih̄c in ierusalem ·
& non cognouerunt parentes eius · Existiman
tes autem illum esse incomitatu · uenerunt iter
diei · & requirebant eum inter cognatos & notos ·
Et non inuenientes · regressi sunt inierusalem re
quirentes eum · Et factum est post triduum ·
inuenerunt illum intemplo sedentem inme
dio doctorum · audientē illos & interrogantē
l · IIII · II m̄ · lxII · m̄ · xIII · eos · Stupebant autem omnes qui eum audi
ebant · super prudentia & responsis eius · Et ui
l · v · X S · o l · dentes admirati sunt · Et dixit mater eius
ad illum · Fili · quid fecisti nobis sic · Ecce

pater tuus & ego dolentes quaerebamus te· Et
ait ad illos· Quid est quod me quaerebatis·
N esciebatis quia in his quae patris mei sunt o
portet me esse· Et ipsi non intellexerunt
uerbum· quod locutus est ad illos· Et descen
dit cum eis· et uenit nazareth· & erat subditus
illis· Et mater eius conseruabat omnia uer
ba haec· in corde suo· Et ihs proficiebat sapi
entia· & aetate· & gratia· apud dm̄ & homi
nes·

III
L· VI·
T III
M· VII·
Io· II· XXV·

ANNO AUTEM quinto decimo imperii tiberii caesa
ris· procurante pontio pilato iude
am· tetracha autem galileae hero
de· philippo autem fratre eius tetracha iturae·
& traconitidis regionis· & lisania abilinae tetra
cha· sub principibus sacerdotum anna & caipha·
factum est uerbum dni· super iohannem· za

L· VII·
T I
M· VIII·
M· II·
Io· X·

chariae filium in deserto· Et uenit in omnem
regionem iordanis· praedicans baptismum poe

nitentiae in remissionem peccatorum· sicut scri
ptum est in libro sermonum esaiae prophetae·
U ox clamantis in deserto· parate uiam dni· rectas
facite semitas eius· Omnis uallis implebitur·
& omnis mons & collis humiliabitur· Et erunt
praua in directa· & aspera in uias planas· Et ui
L·viii· V m·x· debit omnis caro salutare di· Dicebat ergo ad
turbas quae exiebant ut baptizarentur ab ipso·
G enimina uiperarum· quis ostendit uobis fuge
re a uentura ira· Facite ergo fructus dignos poe
nitentiae· Et ne coeperitis dicere· patrem habe
mus abraham· Dico enim uobis· quia potest ds
de lapidibus istis suscitare filios abrahae· Iam
enim securis ad radicem arborum posita est·
O mnis ergo arbor non faciens fructum bonum·
L·viiii· X S o L excidetur & in ignem mittetur· Et interroga
bant eum turbae dicentes· quid ergo faciemus·
R espondens autem dicebat illis· Qui habet du
as tunicas· det non habenti· Et qui habet escas·
similiter faciat· Uenerunt autem & publicani

ut baptizarentur. & dixerunt ad illum. Magi
ster. quid faciemus? At ille dixit ad eos. Nichl
amplius quam quod constitutum est uobis.
faciatis. Interrogabant autem eum & milites
dicentes. Quid faciemus & nos? Et ait illis. Nemi
nem concutiatis. neq; calumniam faciatis. Et
contenti estote stipendiis uris. Existimante
autem populo. & cogitantibus omnibus in cor
dibus suis de iohanne. ne forte ipse esset xp̄c. re
L. x. I m. xi. mr. iiii. lo. xii. spondit iohannes dicens omnibus. Ego qui
dem aqua baptizo uos. ueniet autem fortior me.
cuius non sum dignus soluere corrigiam calci
amentorum eius. Ipse uos baptizabit in spū scō.
L. xi. V m. xii. & igni. Cuius uentilabrum in manu eius. et
purgabit aream suam. & congregabit triticum
in horreum suum. paleas autem comburet igni
inextinguibili. Multa quidem & alia exhortans.
L. xii. II m. cxliii. mr. lviiii. euangelizabat populo. Herodes autem tetra
cha cum corriperetur ab illo de herodiade uxore
fratris sui. & de omnibus malis quae fecit herodes

adiecit & hoc supra omnia · & inclusit iohanne̅

L·xiii· I Mt·xiiii· Mr·v· Io·xv·

incarcerem · Factum est autem cum bapti
zaretur omnis populus & ihu̅ baptizato et
orante · apertum est caelum · Et descendit sp̅s
sc̅s corporali specie sicut columba in ipsum ·
Et uox de caelo facta est · Tu es filius meus dile

L·xiiii· III Mt·i· Io·i·& iii· & v·

ctus in te complacuit michi · Et ipse ih̅c erat
incipiens quasi annorum triginta · ut puta
batur filius ioseph · Qui fuit maath ·

Qui fuit heli · Qui fuit mathathiae ·
Qui fuit matthat · Qui fuit semei ·
Qui fuit leui · Qui fuit iosech ·
Qui fuit melchi · Qui fuit ioda ·
Qui fuit iamne · Qui fuit iohanna ·
Qui fuit ioseph · Qui fuit resa ·
Qui fuit mathathiae · Qui fuit zorobabel ·
Qui fuit amos · Qui fuit salathihel ·
Qui fuit naum · Qui fuit neri ·
Qui fuit esli · Qui fuit melchi ·
Qui fuit naggae · Qui fuit addi ·

Qui fuit chosam·
Qui fuit helmodan·
Qui fuit her·
Qui fuit iesu·
Qui fuit elieher·
Qui fuit iorim·
Qui fuit matthath·
Qui fuit leui·
Qui fuit simeon·
Qui fuit iuda·
Qui fuit ioseph·
Qui fuit iona·
Qui fuit eliachim·
Qui fuit melea·
Qui fuit menna·
Qui fuit mathatha·
Qui fuit nathan·
Qui fuit dauid·
Qui fuit iesse·
Qui fuit obed

Qui fuit booz·
Qui fuit salmon·
Qui fuit naason·
Qui fuit aminadab·
Qui fuit aram·
Qui fuit esrom·
Qui fuit phares·
Qui fuit iudae·
Qui fuit iacob·
Qui fuit isaac·
Qui fuit abraham·
Qui fuit tharae·
Qui fuit nachor·
Qui fuit seruch·
Qui fuit ragau·
Qui fuit falec·
Qui fuit eber·
Qui fuit sale·
Qui fuit cainan·
Qui fuit arfaxat·

Qui fuit sem·
Qui fuit noe·
Qui fuit lamech·
Qui fuit mathusalae·
Qui fuit enoch·
Qui fuit iared·
Qui fuit malelehel·
Qui fuit cainan·
Qui fuit enos·
Qui fuit seth·
Qui fuit adam·
Qui fuit di·

L·xv· S II m·xv· h·vi· IHC AUTEM PLENUS
spu sco· regressus est a iordane· & agebatur
in spu in desertum diebus quadraginta· & tem
L·xvi· T V m·xvi· ptabatur a diabolo· Et nichil manducauit
in diebus illis· Et consummatis illis esuriit·
Dixit autem illi diabolus· Si filius di es· dic la
pidi huic· ut panis fiat· Et respondit ad illum
ihc· Scriptum est· quia non in pane solo uiuit
homo· sed in omni uerbo di· Et duxit illum di
abolus· & ostendit illi omnia regna orbis terrę
in momento temporis· & ait ei· Tibi dabo pote
statem hanc uniuersam· & gloriã illorum· quia
mihi tradita sunt· & cui uolo· do illa· Tu ergo
si adoraueris coram me· erunt tua omnia· Et re

spondens ihc· dixit illi· Scriptum est· dnm dm
tuum adorabis· & illi soli seruies· Et duxit illũ
in ierusalem· & statuit eum supra pinnã tem
pli· & dixit illi· Si filius di es· mitte te hinc deor
sum· Scriptum est enim· quod angelis suis man
dauit de te· ut conseruent te· Et quia in manibus
tollent te· ne forte offendas ad lapidẽ pedẽ tuũ·
Et respondens ihc· ait illi· Dictũ ẽ· n̄ temptabis dnm
L· xvii· M· xxiii· Mr· xxvii· Io· xlvi· dm tuũ· Et cõsummata omni tẽptatione· diabolus re
cessit ab illo usq; ad tẽpus· Et regressus ẽ ihc in uir
tute sps in galileã· & fama exiit p uniuersã regionẽ
de illo· Et ipse docebat in synagogis eor· & magni
L· xviii· X S o l· ficabatur ab omnb; Et uenit nazareth ubi erat nu
tritus· & intrauit secundum consuetudinem su
am die sabbati in synagogam· & surrexit legere·
Et traditus est illi liber esaiae prophetae· Et ut
reuoluit librum· inuenit locum· ubi scriptum
erat· Sps dni super me· propter quod unxit me·
euangelizare pauperibus misit me· Sanare con
tritos corde· praedicare captiuis remissionem

& caecis uisum · dimittere confractos in remissionē ·

P raedicare annum dn̄i acceptum · & diem retri
butionis · Et cum plicuisset librum · reddidit
ministro · & sedit · Et omnium in synagoga ocu
li · erant intendentes in eum · Coepit autem dice
re ad illos · quia hodie impleta est haec scriptu
L · xviiii · I m · cxli · mr · l · Io · lviiii · ra in auribus uris · E t omnes testimonium
illi dabant · Et mirabantur in uerbis gratiae ·
quae procedebant de ore ipsius · & dicebant ·
L · xx · X Sol N onne hic est filius ioseph · E t ait illis · Utiq;
dicetis mihi hanc similitudinem · medice · cu
ra te ipsum · Quanta audiuimus facta in caphar
L · xxi · I m · cxlii · mr · li · Io · xxxv · naum · fac & hic in patria tua · A it autem ·
A men dico uobis · quia nemo propheta acceptus
L · xxii · X Sol · est in patria sua · I n ueritate dico uobis · Mul
tae uiduae erant in diebus heliae in israhel · quan
do clausum est caelum annis tribus & mensibus
sex · cum facta est fames magna in omni terra ·
E t ad nullam illarum missus est helias · nisi in sa
reptā sidoniae ad mulierem uiduam · Et mul

ti leprosi erant in israhel sub helisęo propheta·
& nemo eorum mundatus est· nisi neman sy
rus· Et repleti sunt omnes in synagoga ira· haec
audientes· Et surrexerunt· & eiecerunt illum
extra ciuitatem· & duxerunt illum usq; ad su
percilium montis· supra quem ciuitas illorũ
erat aedificata· ut praecipitarent eum· Ipse
autem transiens· per medium illorum ibat·
L·xxiii· VIII mr·xii· Et descendit in capharnaũ ciuitatem galileae·
L·xxiiii· II mt·lvii· mr·xiii· ibiq; docebat illos sabbatis· Et stupebant
in doctrina eius· quia in potestate erat sermo
L·xxv· VIII mr·xiiii· ipsius· Et in synagoga erat homo habens
daemonium immundum· Et exclamauit
uoce magna dicens· Sine· quid nobis & tibi
ihu nazarene· uenisti perdere nos· Scio te·
qui sis scs dĩ· Et increpauit illi ihs dicens·
Obmutesce· & exi ab illo· Et cum proiecisset
illum daemonium in medium· exiit ab illo·
nihilq; illum nocuit· Et factus est pauor
in omnibus· & colloquebantur ad inuicem·

dicentes. Quod est hoc uerbum. quia in potesta
te & uirtute imperat immundis spiritibus et
exeunt. Et diuulgabatur fama de illo in o
L. xxvi. II. cn. lxvii. cn. xv. mnem locum regionis. Surgens autē de
synagoga introiuit in domum simonis. So
crus autem symonis tenebatur magnis febrib;
& rogauerunt illum pro ea. Et stans super illā
imperauit febri. & dimisit illum. Et continuo
surgens ministrabat illis. Cum sol autē occi
disset. omnes qui habebant infirmos uariis lan
guoribus. ducebant illos ad eum. At ille
singulis manus imponens. curabat eos.
L. xxvii. VIII. cn. xvi. Exiebant autē etiam daemonia amultis claman
tia & dicentia. quia tues filius dī. Et increpans
non sinebat ea loqui. quia sciebant ipsum esse
L. xxviii. VIII. cn. xvii. xpm. Facta autem die. egressus ibat in de
sertum locum. & turbae requirebant eum. Et
uenerunt usq; ad ipsum. et detinebant illum.
ne discederet ab eis. Quibus ille ait. Quia & ali
is ciuitatibus oportet me euangelizare regnū

di· quia ideo missus sum· Et erat praedicans· in
L. xxviiii. S X o L synagogis galileae· Factum est autem cum
turbae irruerent in eum· ut audirent uerbum
di· & ipse stabat secus stagnum gennasereth· Et
uidit duas naues· stantes secus stagnum· pi
scatores autem descenderant· & lauabant retia·
Ascendens autem in unam nauim quae erat simo
nis· rogauit eum a terra reducere pusillum· & se
L. xxx. VIIII Lo. ccxxii & ccxviiii· dens docebat de nauicula turbas· Ut cessa
uit autem loqui· dixit ad simonem· Duc in altum·
& laxate retia ura in capturam· Et respondens
simon· dixit illi· praeceptor· per totam noctem
laborantes· nichil coepimus· in uerbo autem tuo·
laxabo rete· Et cum hoc fecissent· concluserunt
piscium multitudinem copiosam· Rumpebatur
autem rete eorum· Et annuerunt sociis qui erant
in alia naui· ut uenirent & adiuuarent eos· Et
uenerunt· & impleuerunt ambas nauiculas· ita
L. xxxi. S X o L. ut mergerentur· Quod cum uideret simon
petrus· procidit ad genua ihu dicens· Exi a me·

quia homo peccator sum dn̄e · Stupor enim
circumdederat eum · & omnes qui cum illo e
rant in captura piscium · quam ceperant ·
Similiter autem iacobum & iohannem filios
L·xxxii· II Mt·xxi· Mr·x· zebedaei · qui erant socii simonis · Et ait
ad simonem ih̄c · Noli timere · ex hoc iam
homines eris capiens · Et subductis ad terrā
nauibus · relictis omnibus · secuti sunt illū ·
L·xxxiii· II Mt·lxiii· Mr·xviii· Et factum est cum esset in una ciuitatium · & ec
ce uir plenus lepra · Et uidens ih̄m & proci
dens in faciem · rogauit eum dicens · Dn̄e · si
uis · potes me mundare · Et extendens ma
num tetigit illum dicens · Volo · munda
re · Et confestim lepra discessit ab illo · Et i
pse praecepit illi · ut nemini diceret · Sed ua
de ostende te sacerdoti · & offer pro emunda
tione tua sicut praecepit moyses · in testimo
L·xxxiiii· I Mt·xxiii· Mr·xxvii· Io·xlvi· nium illis · Perambulabat autem sermo
magis de illo · & conueniebant turbae mul
tae ut audirent · & curarentur ab infirmita

L. xxxv. II mt. cxlviiii. mr. lxvi. tibus suis. Ipse autem secedebat in desertum.

ET ORABAT.

V L. xxxvi. II mt. clii. mr. lxviii. ET FACTUM EST

in una dierum & ipse sedebat

docens. Et erant pharisaei se

dentes & legis doctores qui uenerant ex omni

castello galileae & iudeae & ierusalem & uir

L. xxxvii. I mt. lxx. mr. xx. io. xxxviii. tus erat domini ad sanandum eos. Et ecce uiri

portantes in lecto hominem qui erat paraly

ticus. Et quaerebant eum inferre & ponere

ante eum. Et non inuenientes qua parte illum

inferrent prae turba ascenderunt supra tectum.

& per tegulas summiserunt illum cum lecto

in medium ante IHM. Quorum fidem ut ui

dit dixit homo remittuntur tibi peccata tua.

Et coeperunt cogitare scribae & pharisaei di

centes. Quis est hic qui loquitur blasphemi

as. Quis potest dimittere peccata nisi solus

deus. Ut cognouit autem IHC cogitationes eorum

respondens dixit ad illos. Qui cogitatis in cor

dibus uris? Quid est facilius dicere. dimittuntur
tibi peccata. an dicere surge & ambula? Ut autem
sciatis. quia filius hominis potestatem habet
in terra dimittere peccata. ait paralytico. Tibi
dico. surge tolle lectum tuum. & uade in do
mum tuam. Et confestim surgens coram illis.
tulit in quo iacebat. & abiit in domum suam ma
gnificans dm̄. Et stupor apprehendit omnes.
& magnificabant dm̄. Et repleti sunt timore
dicentes. quia uidimus mirabilia hodie.
L. xxxvii. II mt. lxxi. lc. xxi. Et post haec exiit. & uidit publicanum nomine
leui sedentem ad theloneum. & ait illi. Sequere
me. Et relictis omnibus. surgens secutus est
L. xxxviii. II mt. lxxii. lc. xxii. eum. Et fecit ei conuiuium magnum leui.
in domo sua. Et erat turba multa publicanorum.
& aliorum qui cum illis erant discumbentes.
Et murmurabant pharisaei & scribae eorum. dicentes
ad discipulos eius. Quare cum publicanis & pec
L. xl. II mt. lxxiii. lc. xxiii. catoribus manducatis & bibitis? Et respon
dens ihc. dixit ad illos. Non egent qui sani sunt

medico· sed qui male habent· Non ueni uoca
re iustos· sed peccatores in poenitentiam· At il
li dixerunt ad eum· Quare discipuli iohannis ie
iunant frequenter & obsecrationes faciunt· si
militer & pharisaeorum· tui autem edunt & bi
bunt· Quibus ipse ait· Numquid potestis fili
os sponsi dum cum illis est sponsus facere ieiuna
re· Uenient autem dies· ut cum ablatus fuerit
ab illis sponsus· tunc ieiunabunt in illis diebus·
D icebat autem & similitudinem ad illos· quia ne
mo commissuram a uestimento nouo· inmit
tit in uestimentum uetus· Alioquin· & nouū
rumpit· & ueteri non conuenit commissura a
nouo· Et nemo mittit uinum nouum in utres
ueteres· Alioquin· rumpet uinum nouum utres·
& ipsum effundetur· & utres peribunt· Sed ui
num nouum in utres nouos mittendum est· &
utraq· conseruantur· Et nemo bibens uetus· sta
tim uult nouum· Dicit enim· uetus melius est·

L· xli· / II / M· cxiiii· / M· xxiiii·

F actum est autem in sabbato secundo primo· cū

transiret per sata · uellebant discipuli eius spi
cas · & manducabant · confricantes manibus ·
Q uidam autem pharisaeorum dicebant illis ·
Q uid facitis · quod non licet in sabbatis · Et re
spondens ihc ad eos dixit · Nec hoc legistis qd
fecit dauid cum esurisset ipse · & qui cum eo
erant · quomodo intrauit in domum di · & pa
nes propositionis sumpsit · & manducauit · &
dedit his qui cum ipso erant · quos non licet
manducare · nisi tantum sacerdotibus · Et di
cebat illis · Quia dns est filius hominis · etiam
l · xlii · m · cxvi · m · xxv · sabbati · Factum est autem & in alio sabbato ·
ut intraret in sinagogam · & doceret · Et e
rat ibi homo · & manus eius dextra erat arida ·
O bseruabant autem scribae & pharisaei · si in
sabbato curaret · ut inuenirent accusare eu · Ipse ue
ro sciebat cogitationes eorum · Et ait homini
qui habebat manum aridam · Surge · & sta
in medium · Et surgens stetit · Ait autem ad
illos ihc · Interrogo uos · si licet sabbatis bene

facere an male? Animam saluuam facere an p
dere? Et circum spectis omnibus· dixit homi
ni· Extende manum tuam· Et extendit· Et
restituta est manus eius· Ipsi autem repleti sunt
in sipientia· & colloquebantur ad inuicem· quid
L·xliii· II mt·cxlviii· mr·lxvi· nam facerent ihu· Factum est autem in il
lis diebus· exiit in montem orare· & erat per no
L·xliiii· II mt·lxxx mr·xxx· ctans in oratione di· Et cum dies factus eet·
uocauit discipulos suos· & elegit duodecim ex
ipsis· quos & apostolos nominauit· Simonē·
quem cognominauit petrum· & andreā fra
trem eius· Iacobum· & iohannem· philippum
& bartholomeum· mattheum· & thomam·
Iacobum alfei· & simonem qui uocatur zelo
tes· iudam iacobi· & iudam scarioth· qui fuit p
L·xlv· I mt·xxiii· mr·xxvii· lo·xlvi· ditor· Et descendens cum illis stetit in lo
co campestri· Et turba discipulorum eius &
multitudo copiosa plebis ab omni iudaea & ie
rusalem· & maritima & tyri· & sydonis· qui ue
nerant ut audirent eum· & sanarentur a lan


guoribus suis· & qui uexabantur ab spiritibus im
mundis· curabantur· Et omnis turba quaerebat
eum tangere· quia uirtus de illo exiebat & sana
l. xlvi. V m. xxv. bat omnes· Et ipse eleuatis oculis in discipulos
suos dicebat· Beati pauperes· quia uestrum est regnum
l. xlvii. m. xxviii. dei· Beati qui nunc esuritis· quia saturabimi
l. xlviii. V m. xxvii. ni· Beati qui nunc fletis· quia ridebitis·
l. xlviiii. V m. xxx. Beati eritis cum uos oderint homines· & cum sepa
rauerint uos & exprobrauerint & eiecerint nomen
uestrum tamquam malum propter filium hominis·
Gaudete in illa die & exultate· ecce enim merces
uestra multa in caelo· Secundum haec enim· facie
l. l. S. X l bant prophetis patres eorum· Veruntamen
uae uobis diuitibus· qui habetis consolationem
uestram· Uae uobis qui saturati estis· quia esurietis·
Uae uobis qui ridetis nunc· quia lugebitis & fle
l. li. S. X l bitis· Uae cum bene uobis dixerint omnes ho
mines· Secundum haec· faciebant pseudoprophe
l. lii. V m. xl. tis patres eorum· Sed uobis dico qui auditis·
Diligite inimicos uestros· benefacite his qui uos ode

runt· Benedicite maledicentibus uos· orate pro
L. LIII· V m. xxxviii· calumniantibus uos· Et qui te percutit in
maxillam praebe et alteram· Et ab eo qui aufert
tibi uestimentum· etiam tunicam noli prohi
bere· Omni autem petenti te tribue· et qui
L. LIIII· V m. LIIII· aufert quae tua sunt ne repetas· Et prout
uultis ut faciant uobis homines et uos facite
L. LV· V m. xli· illis similiter· Et si diligitis eos qui uos dili
gunt· quae uobis est gratia· Nam et peccatores
diligentes se diligunt· Et si bene feceritis his
qui uobis bene faciunt· quae uobis est gratia·
Siquidem et peccatores hoc faciunt· Et si mu
tuum dederitis his a quibus speratis accipere·
quae gratia est uobis· Nam et peccatores pec
catoribus foenerantur· ut recipiant aequalia·
Uerumtamen diligite inimicos uestros· et benefa
cite· Et mutuum date· nichil inde sperantes·
Et erit merces uestra multa· et eritis filii altissimi·
quia ipse benignus est super ingratos et malos·
Estote ergo misericordes· sicut et pater uester

l · lvi · II m · l · m · xli · misericors est · Nolite iudicare · & non iudicabi
mini · Nolite condemnare · & non condemnabi
mini · Dimittite · & dimittemini · Date · & da
bitur uobis · Mensuram bonam · & confertam ·
& coagitatam · & super effluentem · dabunt in
sinum urm̄ · Eadem uero mensura qua men
l · lvii · V m · clvi · si fueritis remetietur uobis · Dicebat autē
illis & similitudinem · Numquid potest cae
cus caecum ducere · non ne ambo in foueam
l · lviii · III m · xc · lo · cxviii · & clxxxviii cadent · Non est discipulus super magistrū ·
Perfectus autem omnis erit · si sit sicut magi
l · lviiii · V m · li · ster eius · Quid autem uides festucam in o
culo fratris tui · trabem autem quae in oculo
tuo non consideras · Aut quomodo poteris
dicere fratri tuo · frater sine eiciam festucam
de oculo tuo · ipse in oculo tuo trabem non
uidens · Hypocrita · eice primum trabem de
oculo tuo · & tunc perspicies ut educas festucā
l · lx · V m · lviii · de oculo fratris tui · Non est enim arbor bo
na · quae facit fructus malos · Neq· arbor mala ·

faciens fructum bonum. Unaquaeque enim ar
L. lxi. V mt. lvii. bor de fructu suo cognoscitur. Neque enim
de spinis colligunt ficus. neq; de rubo uindemi
L. lxii. V mt. cxxv. ant uuam. Bonus homo de bono thesauro
cordis sui profert bonum. Et malus homo de
malo thesauro profert malum. Ex abundan
L. lxiii. III mt. lviii. Io. cxvi. tia enim cordis os loquitur. Quid autem uo
catis me dne dne & non facitis quae dico?
L. lxiiii. V mt. lxi. Omnis qui uenit ad me & audit sermones meos
& facit eos ostendam uobis cui similis sit. Simi
lis est homini aedificanti domum qui fodit in
altu & posuit fundamenta supra petram. In
undatione autē facta inlisum ē flumen do
mui illi & non potuit eam mouere. Fundata
enim erat supra petram. Qui autem audīt au
dit & non facit similis est homini aedificanti
domum suam supra terram sine fundamen
to. in quam inlisus est fluuius & continuo ce
cidit. & facta est ruina domus illius
magna.

L. lxv.
III
m. lxiiii.
lo. xxxvii.



UM AUTEM IM
plesset omnia uerba sua in aures plebis
intrauit capharnaum. Centurionis
autem cuiusdam seruus male habens
erat moriturus qui erat illi praeciosus. Et cum au
disset de ihu. misit ad eum seniores iudaeorum.
rogans eum ut ueniret. & saluaret seruum eius. At
illi cum uenissent ad ihm. rogabant eum sollicite.
dicentes ei. Quia dignus est. ut hoc illi praestes.
D iligit enim gentem nram. & synagogam ipse ae
dificauit nobis. Ihc autem ibat cum illis. Et cum
iam non longe esset a domo. misit ad eum centuri
o amicos. dicens. Dne. noli uexari. Non enim di
gnus sum. ut sub tectum meum intres. Propter
quod & me ipsum non sum dignu arbitratus. ut
uenirem ad te. Sed dic uerbo. & sanabitur puer
meus. Nam & ego homo sum sub potestate con
stitutus. habens sub me milites. Et dico huic ua
de. & uadit. Et alio ueni. & uenit. Et seruo meo
fac hoc. & facit. Quo audito ihc miratus est. & c

uersus sequentibus se turbis dixit · Amen dico uo
L. lxvi · V m. lxvi · bis nec in israhel tantam fidem inueni · Et reuer
si qui missi fuerant domum · inuenerunt seruum
L. lxvii · X S o L qui languerat sanum · Et factum est deinceps
ibat in ciuitatem quae uocatur naim · & ibant cū
illo discipuli eius & turba copiosa · Cum autē app
pinquaret portae ciuitatis · & ecce defunctus effe
rebatur filius unicus matris suae · Et haec uidua
erat · et turba ciuitatis multa cum illa · Quam
cum uidisset ihc · misericordia motus super eam ·
dixit illi · Noli flere · Et accessit & tetigit loculū ·
Hi autem qui portabant steterunt · Et ait · Adole
scens · tibi dico · surge · Et resedit qui erat mor
tuus · & coepit loqui · Et dedit illum matri suae ·
Accepit autem omnes timor · & magnificabant
dm̄ · dicentes · Quia propheta magnus surrexit
in nobis · & quia ds̄ uisitauit plebem suam ·
L. lxviii · X S o L Et exiit hic sermo in uniuersam iudeam de eo · &
L. lxviiii · V m. cii · omnem circa regionem · Et nuntiauerunt
iohanni discipuli eius de omnibus his · Et con

196.

uocauit duos de discipulis suis iohannes & misit ad
ihm dicens · Tu es qui uenturus es · an alium ex
pectamus · Cum autem uenissent ad eum uiri ·
dixerunt · Iohannes baptista misit nos ad te di
cens · Tu es qui uenturus es · an alium expecta
mus · In ipsa autem hora · curauit multos a lan
guoribus · & plagis · & spiritibus malis · & caecis mul
tis donauit uisum · Et respondens dixit illis ·
E untes nuntiate iohanni · quae audistis & uidi
stis · Quia caeci uident · claudi ambulant · leprosi
mundantur · Surdi audiunt · mortui resur
gunt · pauperes euangelizantur · Et beatus est ·
qui non fuerit scandalizatus in me · Et cum di
scessissent nuntii iohannis coepit dicere de io
hanne ad turbas · Quid existis in desertum · uide
re harundinem uento moueri · Sed quid exi
stis uidere hominem mollibus uestimentis in
dutum · Ecce qui in ueste praeciosa sunt & de
liciis in domibus regum sunt · Sed quid exi
stis uidere · prophetam · Utique dico uobis et

L·lxx· II m·ciii· m·i· plusquam prophetam· Hic est de quo scriptū
est· Ecce mitto angelum meum ante faciem tu
am· qui praeparabit uiam tuam ante te·

L·lxxi· V m·ciiii· Dico enim uobis· Maior inter natos mulierum
propheta· iohanne baptista nemo est· Qui au
tem minimus est in regno dī· maior est illo·

L·lxxii· X Sol· Et omnis pupulus audiens & publicani· iusti
ficauerunt dm̄· baptizati baptismo iohan
nis· Pharisaei autem & legis periti· consiliū
dī spreuerunt in semetipsos· non baptizati ab

L·lxxiii· V m·cviii· eo· Cui ergo similes dicam homines genera
tionis huius & cui similes sunt· Similes sunt
pueris sedentibus in foro· & loquentibus adin
uicem· & dicentibus· Cantauimus uobis tibi
is & non saltastis· lamentauimus & non plo
rastis· Uenit autem iohannes baptista neq·
manducans panem· neq· bibens uinum· & dici
tis· daemonium habet· Uenit filius hominis
manducans & bibens & dicitis· Ecce homo de
uorator· & bibens uinum· amicus publicanoꝝ.

L. lxxiiii · i
Mt. cclxxvi ·
Mr. clviii ·
Io. xcviii ·

& peccatorum· Et iustificata est sapientia ab o
mnibus filiis suis· Rogauit autem illum qui
dam de pharisaeis ut manducaret cum illo· Et in
gressus in domum pharisaei discubuit· Et ecce
mulier quae erat in ciuitate peccatrix· ut cogno
uit quod accubuit in domo pharisaei· attulit ala
bastrum unguenti· Et stans retro secus pedes eius·
lacrimis coepit rigare pedes eius· & capillis capi
tis sui tergebat· & osculabatur pedes eius· & unguen
to unguebat· Uidens autem pharisaeus qui uoca
uerat eum· ait intra se dicens· hic si esset prophe
ta sciret utiq· quae & qualis mulier est quae tan
git eum· quia peccatrix est· Et respondens ihs·
dixit ad illum· Simon· habeo tibi aliquid dice
re· At ille ait· Magister dic· Duo debitores
erant cuidam foeneratori· unus debebat ei dena
rios quingentos· alius quinquaginta· Non ha
bentibus autem illis unde redderent· donauit u
trisq· Quis ergo eum plus diligit· Respondens
simon dixit· Aestimo· quia is cui plus donauit·

At ille dixit ei· Recte iudicasti· Et conuersus ad mu
lierem· dixit simoni· Uides hanc mulierem· intra
ui in domum tuā· aquam pedibus meis non dedi
sti· haec autem lacrimis rigauit pedes meos· & ca
pillis suis tersit· Osculum michi non dedisti· hęc
autem ex quo intrauit non cessauit osculari pe
des meos· Oleo caput meum non unxisti· haec
autem unguento unxit pedes meos· Propter
quod dico tibi· remittentur ei peccata multa·
quōn dilexit multum· Cui autem minus dimit
titur· minus diligit· Dixit autē ad illam· Remit
tuntur tibi peccata· Et coeperunt qui simul ac
cumbebant· dicere intra se· Quis est hic q̄ etiā pec
cata dimittit? Dixit autē ad mulierem· Fides
L. lxxx. X Sol tua te saluam fecit· uade in pace· Et factum
est deinceps· & ipse iter faciebat per ciuitatem &
castellum· praedicans & euangelizans regnū dī·
& duodecim cum illo· & mulieres aliquę quę erant
curatae ab spiritibus malignis· & infirmitatibus·
Maria quae uocatur magdalena· de qua doemo

nia ſeptem exierant · & iohanna uxor chuzae
procuratoris herodis · & ſuſanna · & aliae mul
tae quae miniſtrabant eis de facultatibus ſuis ·
L. lxxvi · T. II · cn̄ · cxxxi · cn̄ · xxxvi · Cum autem turba plurima conueniret · & de
ciuitatibus properarent ad eum · dixit per ſi
militudinem · Exiit qui ſeminat ·
ſeminare ſemen ſuum · Et dum ſeminat · ali
ud cecidit ſecus uiam · & conculcatum eſt · & uo
lucres caeli comederunt illud · Et aliud cecidit
ſupra petram · & natum aruit · quia non habe
bat humorem · Et aliud cecidit inter ſpinas · &
ſimul exortae ſpinae · ſuffocauerunt illud ·
Et aliud cecidit in terram bonam · & ortum fecit
fructum centuplum · haec dicens clamabat ·
Qui habet aures audiendi audiat · Interrogabant
autem eum diſcipuli · quae eſſet haec parabo
L. lxxvii · T. I · cn̄ · cxxxiii · cn̄ · xxxvii · lo · cxiiii · la · Quibus ipſe dixit · Uobis datum eſt noſ
ſe myſterium regni dī · caeteris autem in para
bolis · Ut uidentes non uideant · & audientes n̄
L. lxxviii · T. II · cn̄ · cxxxv · cn̄ · xxxviii · intellegant · Eſt autem haec parabola · Se

men · est uerbum di̅ · Qui autem secus uiā · hi
sunt qui audiunt · deinde uenit diabolus & tol
lit uerbum de corde eorum · ne credentes salui
fiant · Nam qui supra petram · qui cum audie
rint cum gaudio suscipiunt uerbum · & hi ra
dices non habent · quia ad tempus credunt · &
& in tempore temptationis recedunt · Quod au
tem in spinis cecidit · hi sunt qui audierunt · &
a sollicitudinibus · & diuitiis · & uoluptatibus
uitae euntes suffocantur · & non referunt fru
ctum · Quod autem in bonam terram · hi sunt
qui in corde bono & optimo · audientes uerbū
retinent · Et fructum afferunt in patientia ·

L · lxxviii · II · m · xxxii · m · xxxviii · Nemo autem lucernam accendens · operit eam
uase · aut subtus lectum ponit · sed super can
delabrum ponit · ut intrantes uideant lumen ·

L · lxxx · II · m · xcii · m · xl · Non enim est occultum quod non manifestet̄ ·
nec absconditum · quod non cognoscatur · &


L · lxxxi · V · m · cxxxii · in palam ueniat · Uidete ergo · quomodo
audistis · Qui enim habet dabitur illi · Et qui

cuiq; non habet· etiam quod putat se habere au
L. lxxxii. II m. cxxx. m. xxxv. feretur ab illo· Venerunt autem ad illum ma
ter & fratres eius· & non poterant adire eum prae
turba· Et nuntiatum est illi· Mater tua & fra
tres tui stant foris uolentes te uidere· Qui respon
dens dixit ad eos· Mater mea & fratres mei hi s̄·
L. lxxxiii. II m. lxviii. m. xlvii. qui uerbum dī audiunt & faciunt· Factū est
autē in una dierum· & ipse ascendit in nauiculā·
& discipuli eius· Et ait ad illos· Transfretemus
trans stagnum· Et ascenderunt· Nauigantibus
autem illis· obdormiuit· Et descendit procel
la uenti in stagnum· & complebatur· & periclita
bantur· Ascendentes autem· suscitauerunt eū
dicentes· Praeceptor· perimus· At ille surgens·
increpauit uentum & tempestatem aquae· &
cessauit· Et facta est tranquillitas· Dixit autē
illis· Ubi est fides ur̄a· Qui timentes mirati s̄·
dicentes ad inuicem· Quis putas hic est· quia
& uentis imperat & mari· & oboediunt ei· Et na
uigauerunt autem ad regionem gerasenorum·

quae est contra galileam· Et cum egressus esset ad
terram· occurrit illi uir quidam qui habebat dae
monium iam temporibus multis· & uestimento
non induebatur· neq; indomo manebat· sed inmo
numentis· Is ut uidit ihm· procidit ante illum·
& exclamans uoce magna dixit· Quid michi & ti
bi est ihu· fili di altissimi· Obsecro te· ne me tor
queas· Praecipiebat enim spiritui immundo· ut
exiret abhomine· Multis enim temporibus arri
piebat illum· Et uinciebatur catenis & compe
dibus custoditus· & ruptis uinculis agebatur a
daemonio indeserta· Interrogauit autem illum
ihc dicens· Quod tibi nomen est· At ille dixit·
Legio· Quia intrauerunt daemonia multa ineū·
Et rogabant illum ne imperaret illis ut inabys
sum irent· Erat autem ibi grex porcorum mul
torum· pascentium inmonte· Et rogabant eū·
ut per mitteret eis inillos ingredi· Et per misit
illis· Exierunt ergo daemonia abhomine· &
intrauerunt inporcos· Et impetu abiit grex

per praeceps in stagnum · & suffocatus est · Quod
ut uiderunt factum qui pascebant fugerunt ·
& nuntiauerunt in ciuitatem & in uillas · Ex
ierunt autem uidere quod factum est · Et ue
nerunt ad ihm̄ · & inuenerunt hominē seden
tem · a quo daemonia exierant · uestitum ac sa
na mente ad pedes eius · & timuerunt · Nun
tiauerunt autem illis & qui uiderant · quo
modo sanus factus esset a legione · Et rogaue
runt illum omnis multitudo regionis gera
senorum · ut discederet ab ipsis · quia timo
l · lxxxiiii · m · xlviii · re magno tenebantur · Ipse autem ascen
dens nauim · reuersus est · Et rogabat illū
uir a quo daemonia exierant · ut cum eo eēt ·
D imisit autem eum ihc̄ dicens · Redi domum
tuā · & narra quanta tibi fecit ds̄ · Et abiit per
uniuersam ciuitatem · praedicans quanta il
li fecisset ihc̄ ·

VII
l · lxxxv · ll m · lxxiiii · m · xlviii ·



ACTUM EST AU
tem cum redisset ihc̄ · excepit illū

turba· Erant enim omnes expectantes eum·
E t ecce uenit uir cui nomen iairus· & ipse prin
ceps synagugae erat· Et cecidit ad pedes ihū·
rogans eum ut intraret in domum eius quia
filia unica erat illi fere annorum· xii· & haec
moriebatur· Et contigit dum iret a turbis
comprimebatur· Et mulier quaedam erat
in fluxu sanguinis ab annis duodecim· quae
in medicos erogauerat omnem substantiam
suam· nec ab illo potuit curari· Accessit retro
& tetigit fimbriam uestimenti eius· Et con
festim stetit fluxus sanguinis eius· Et ait ihc̄·
Q uis est qui me tetigit? Negantibus autem o
mnibus· dixit petrus· & qui cum illo erant·
P raeceptor. turbae te comprimunt & affli
gunt· & dicis· quis me tetigit? Et dixit ihc̄·
T etigit me aliquis· Nam ego noui uirtutem
de me exisse· Uidens autem mulier quia n̄
latuit tremens uenit· & procidit ante pedes
illius· Et ob quam causam tetigerit eum· in

dicauit coram omni populo · & quemadmodu̅
confestim sanata sit: At ipse dixit illi · Filia · fi
des tua te saluam fecit · uade inpace · Adhuc
illo loquente · uenit quidam ad principem syna
gogae · dicens ei · Quia mortua est filia tua · no
li uexare illum · Ihc̄ autem audito hoc uerbo · re
spondit patri puellae · Noli timere · crede tan
tum · & salua erit · Et cum uenisset domum ·
non permisit intrare secum quemquam · ni
si petrum · & iacobum · & iohannem · Et patrem
& matrem puellae · Flebant autem omnes · &
plangebant illam · At ille dixit · Nolite flere ·
Non est mortua · sed dormit · Et deridebant eum ·
scientes quia mortua esset · Ipse autē tenens
manum eius · clamauit dicens · Puella · surge ·
Et reuersus est sp̄s eius · & surrexit continuo ·
Et iussit dari illi manducare · Et stupuerunt
parentes eius · Quibus praecepit · ne alicui di
cerent · quod factum erat ·

VIII  CONUOCATIS

L·lxxxvi· II m·lxxviii· mr·xxviii· autem duodecim apostolis· dedit
illis uirtutem & potestatem sup
omnia doemonia· & ut languores
curarent· Et misit illos praedicare regnum
L·lxxxvii· II m·lxxxiii· mr·liii· di· & sanare infirmos· Et ait ad illos· Nichil
tuleritis in uia· neq· uirgam· neq· peram· neq·
panem· neq· pecuniam· neq· duas tunicas
habeatis· Et in quamcumq· domum intra
L·lxxxviii· II m·lxxxv· mr·lv· ueritis· ibi manete· & inde ne exeatis· Et
quicumq· non receperint uos· exeuntes de ci
uitate illa· etiam puluerem pedum uestrorum
L·lxxxviiii· VIII mr·lvi· excutite· in testimonium supra illos· Egres
si autem circumibant per castella· euangelizan
L·xc· II m·cxliii· mr·lvii· tes & curantes ubiq· Audiuit autem hero
des tetrarcha omnia quae fiebant ab eo· & he
sitabat eo quod diceretur a quibusdam· quia
iohannes surrexit a mortuis· A quibusdam
uero· quia helias apparuit· Ab aliis autem· quia
propheta unus de antiquis surrexit· Et ait he

rodes Iohannem ego decollaui· quis autem
est iste de quo ego audio talia. Et quaerebat
L·xci· VIII mr·lxi· uidere eum. Et reuersi apostoli· narraue
L·xcii· III mt·cxlvi· lo·xlvii· runt illi quaecumq· fecerunt· Et assum
ptis illis· secessit seorsum in locum desertum·
qui est bethsaidae· Quod cum cognouissent
turbae· secutae sunt illum· Et excepit illos·
& loquebatur illis de regno di· & eos qui cura
L·xciii· I mt·cxlvii· mr·lxiii· lo·xlviii· indigebant· sanabat· Dies autem coepe
rat declinare· & accedentes duodecim dixer
illi· Dimitte turbas ut euntes in castella uil
lasq· quae circa sunt diuertant· & inueniant
escas quia hic in loco deserto sumus. Ait au
tem ad illos. Uos date illis manducare. At il
li dixerunt· Non sunt nobis plus quam
quinq· panes & duo pisces· nisi forte nos eamus
& emamus in omnem hanc turbam escas.
Erant autem fere uiri quinq· milia. Ait autem
ad discipulos suos. Facite illos discumbere
per conuiuia quinquagenos. Et ita fecerunt·

& discumbere fecerunt omnes. Acceptis autem
quinque panibus & duobus piscibus respexit in
caelum & benedixit illis & fregit & distribuit
discipulis suis ut ponerent ante turbas. Et
manducauerunt omnes & saturati sunt. Et
sublatum est quod superfuit illis fragmento
L. xciiii · I · mt. clxvi · mr. lxxxii · io. lxviii · rum cophini duodecim. ET factum est cum
solus esset orans erant cum illo & discipuli. Et
interrogauit illos dicens: Quem me dicunt es
se turbae? At illi responderunt & dixerunt:
Iohannem baptistam. Alii autem heliam. Alii
quia propheta unus de prioribus surrexit.
Dixit autem illis: Uos autem quem me esse dici
tis? Respondens simon petrus dixit: Xpistum dei.
L. xcv · II · mt. clxviii · mr. lxxxiii · At ille increpans illos praecepit ne cui dicerent
hoc dicens: Quia oportet filium hominis mul
ta pati & reprobari a senioribus & principibus
sacerdotum & scribis & occidi & tertia die resur
L. xcvi · V · mt. clxx · mr. lxxxv · gere. Dicebat autem ad omnes: Si quis uult
post me uenire abneget semetipsum & tollat

crucem suam cottidie & sequatur me. Qui enī
uoluerit animam suam saluam facere. perdet
illam. Nam qui perdiderit animam suam pro
pter me. saluam faciet illam. Quid enim profi
cit homo. si lucretur uniuersum mundum. se
autem ipsum perdat & detrimentum sui faciat.
Nam qui me erubuerit & meos sermones. hunc
filius hominis erubescet. cum uenerit in maie
state sua & patris & scōrum angelorum. Dico
autem uobis uere. sunt aliqui hic stantes qui
non gustabunt mortem. donec uideant regnū

A I



VIIII FACTUM EST
autem post haec uerba fere dies
octo & assumpsit petrum & iaco
bum & iohannem & ascendit in mon
tem ut oraret. Et factum est dum ora
ret. species uultus eius altera & uestitus eius
albus refulgens. Et ecce duo uiri loquebantur
cum illo. Erant autem moyses & helias. uisi

inmaiestate · Et dicebant excessū eius· quē com
pleturus erat in ierusalē · Petrus uero & q̄ cum illo
grauati erant somno · Et euigilantes· uiderunt
maiestatem eius· & duos uiros qui stabant cū illo·
Et factū est dum discederent ab illo· ait petrus ad
ihm · Praeceptor· bonū est nos hic eē · Et faciam'
tria tabernacula · Unum tibi· & unū moysi· & unū
heliae· nesciens quid diceret · haec autem illo lo
quente · facta est nubes & obumbrauit eos· & ti
muerunt · Intrantib· illis in nubē · et uox facta ē
de nube dicens · hic est filius m̄s dilectus· ipsū au
dite · Et dum fieret uox · inuentus est ihc solus·
Et ipsi tacuerunt · & nemini dixerunt in illis dieb&
l · xcviii · II m̄ · clxviii · m̄ · xcii · quicquā ex his quae uiderant · Factū est aut̄ in
sequenti die · descendentibus illis de monte · oc
currit illi turba multa · Et ecce uir de turba
exclamauit dicens · Magister· obsecro te· respi
ce in filium meū · quia unicus est michi · Et ec
ce spiritus apprehendit illum · & subito clamat·
& elidit · & dissipat eum cū spuma · & uix disces
sit dilanians eum · Et rogaui discipulos tuos
ut eicerent illū · & non potuerunt · Respon
dens aut̄ ihc dixit · O generatio infidelis &
peruersa · Usq; quo ero apud uos· & patiar uos·

Adduc huc filium tuum. Et cum accederet elisit illum
daemonium & dissipavit. Et increpavit ihs spiri-
tum inmundum & sanavit puerum & reddidit illum
L·c· VIII m·lxxx· patri eius. Stupebant autem omnes in magnitu-
L·ci· II m·clxxvi· mr·xciii· dine dei. Omnibusque mirantibus in omnibus quae
faciebat · dixit ad discipulos suos. Ponite in cor-
dibus vestris sermones istos. Filius enim hominis
futurum est ut tradatur in manus hominum. At illi
ignorabant verbum istud & erat uelatum ante eos
ut non sentirent illud. Et timebant interrogare eum
L·cii· II m·clxxviii· mr·xcv· de hoc verbo. Intravit autem cogitatio in eos quis eorum
maior esset. At ihs videns cogitationes cordis illorum
adprehendens puerum statuit eum secus se & ait illis.
Quicumque susceperit puerum istum in nomine meo me re-
cipit. Et quicumque me receperit recipit eum qui me misit.
L·ciii· V mr·xcvii· Nam qui minor est inter vos omnes hic maior est. Respon-
dens autem iohannes dixit. Praeceptor vidimus quendam
in nomine tuo eicientem daemonia & prohibuimus
eum quia non sequitur nobiscum. Et ait ad illum ihs. Noli-
te prohibere. Qui enim non est adversum vos pro vobis est.
L·ciiii· X Sol Factum est autem dum conplerentur dies adsumptionis eius &
ipse faciem suam firmavit ut iret in hierusalem. Et misit
nuntios ante conspectum suum. Et euntes intraverunt in
civitatem samaritanorum ut pararent illi. Et non recepe-

eum quia facies eius erat euntis ierusalem. Cum uidissent autem
discipuli eius iacobus et iohannes dixerunt Domine uis di
cimus ut ignis descendat et consumat illos. Et conuersus
increpauit illos dicens Nescitis cuius spiritus estis.
F ilius hominis non uenit animas perdere sed saluare.
l. cv · V · in. lxviii · E t abierunt in aliud castellum. Factum est autem am
bulantibus illis in uia dixit quidam ad illum Sequar te
quocumque ieris. Et ait illi iesus Uulpes foueas habent
et uolucres caeli nidos filius autem hominis non habet
ubi caput reclinet. Ait autem ad alterum Sequere
me. Ille autem dixit Domine permitte mihi primum ire et se
pelire patrem meum. Dixitque ei iesus Sine ut mortui se
peliant mortuos suos. Tu autem uade adnuntia re
gnum dei. Et ait alter Sequar te domine Sed primum per
mitte mihi renuntiare his qui domi sunt. Ait ad
illum iesus Nemo mittens manum suam in aratrum et aspi
ciens retro aptus est regno dei.

POST HAEC AUTEM
designauit dominus et alios lxx ii et misit illos
binos ante faciem suam in omnem ciuitatem et locum
quo erat ipse uenturus et dicebat illis. Messis quidem
multa operarii autem pauci. Rogate ergo dominum mes
sis ut mittat operarios in messem. Ite ecce ego
mitto uos sicut agnos inter lupos. Nolite porta

te sacculū · neq; peram · neq; calciamta · Et neminē p uiā
L · cxi · V m · lxxxiii · salutaueritis · In quācumq; domum intraueritis pri
mū dicite · Pax huic domui · Et si ibi fuerit filius pacis ·
requiescet sup illā pax ura · Sin aut · ad uos reuertet ·
L · cxii · II m · lxxxiii · mr · Liiii · in eadē aut domo manete · edentes & bibentes quae
apud illos sunt · Dignus ē enim operarius merce
L · cxiii · X Sol · de sua · Nolite transire de domo in domū · Et in
quamcūq; ciuitatē intraueritis & susceperint uos ·
manducate quae apponunt uobis · & curate infirmos
qui in illa sunt · & dicite illis · Appropinquabit in
L · cxiiii · II m · lxxxv · mr · Lv · uos regnū di · In quamcūq; ciuitatē intraueritis
& non receperint uos · exeuntes in plateis eius · dici
te · Etiam puluerem qui adhaesit nobis de ciuita
te ura · extergimus in uos · Tamen hoc scitote · quia
appropinquauit regnum di · Dico uobis · quia
sodomis in die illa remissius erit · quā illi ciuitati ·
L · cxv · V m · cviii · Vae tibi corozain · uae tibi bethsaida · quia si in tyro
& sidone factae fuissent uirtutes quae in uobis factae
s · olim in cilicio & cinere sedentes paeniterent · Ue
runtamen · tyro & sidoni remissius erit in iudicio · quā
uobis · Et tu capharnaū usq; ad caelū exaltata · usq; ad in
L · cxvi · I m · xcviii · mr · xcvi · lo · cxx · fernū dimergeris · Qui uos audit · me audit · Et qui
uos spernit · me spernit · Qui aut me spernit · sper
L · cxvii · X Sol nit eū qui me misit · Reuersi sunt aut · lxxii · cum gaudio · dicentes ·

Dñe etiam daemonia subiciuntur nobis in nomine tuo· Et
ait illis· Uidebam satanan sicut fulgur de cae
lo cadentem· Ecce dedi uobis potestatem cal
candi supra serpentes & scorpiones· & supra o
mnem uirtutem inimici· & nihil uos nocebit·
Uerumtamen in hoc nolite gaudere· quia spiri
tus uobis subiciuntur· Gaudete autem· quod
L·cxvIII· V m·cx· nomina ura̅ scripta sunt in caelis· In ipsa
hora exultauit spu̅ sc̅o· & dixit· Confiteor ti
bi pater· dñe caeli & terrae· quod abscondisti
haec a sapientibus & prudentibus· & reuelasti ea
paruulis· Etiam pater· quia sic placuit ante
L·cxvIIII· I m·cxI· & cxII· Io·Lxxxvii· te· Omnia mihi tradita sunt a patre meo·
Et nemo scit qui sit filius· nisi pater· Et qui sit
pater· nisi filius· & cui uoluerit filius reuelare·
L·cxx· V m·cxxxIII· Et conuersus ad discipulos suos dixit· Beati ocu
li qui uident quae uidetis· Dico enim uobis·
quod multi prophetae & reges uoluerunt ui
dere quae uos uidetis· & non uiderunt· Et au
L·cxxI· II m·cxxIII· m·cvII· dire quae auditis· & non audierunt· Ecce

ce quidam legisperitus surrexit · temptans illũ ·
& dicens · Magister · quid faciendo uitam ae
ternam possidebo? At ille · dixit ad eum · In le
ge quid scriptum est · quomodo legis? Ille re
spondens dixit · Diliges dñm dm̃ tuum ex to
to corde tuo · & ex tota anima tua · et ex omni
bus uiribus tuis · & ex omni mente tua · Et p
ximum tuum sicut te ipsum · Dixitq; illi ·
L · cxxii · Sol · Recte respondisti · hoc fac & uiues · Ille autẽ
uolens iustificare se ipsum · dixit ad ihm̃ · Et qs
est meus proximus? Suscipiens autem ihc · di
xit · homo quidam descendebat ab ierusalem
in iericho · & incidit in latrones · Qui etiam de
spoliauerunt eum · & plagis impositis abierunt
semiuiuo relicto · Accidit autem ut sacerdos
quidam descenderat eadem uia · et uiso illo ·
praeteriuit · Similiter & leuita cum esset se
cus locum · et uideret eum · pertransiit · Sa
maritanus autem quidam iter faciens · ue
nit secus eum · & uidens eum misericordia motus

est· Et appropians alligauit uulnera eius· in
fundens oleum & uinum· Et imponens illū
iniumentum suum· duxit in stabulum· et
curam eius egit· Et altera die protulit duos
denarios· & dedit stabulario & ait· Curam
illius habe· & quodcumq; super erogaueris·
ego cum rediero· reddam tibi· Quis horum
trium uidetur tibi proximus fuisse illi qui
incidit in latrones· At ille dixit· Qui fecit
misericordiam in illum· Et ait illi ihc· Uade
& tu fac similiter· Factum est autem dum
irent· & ipse Intrauit in quoddam castellū·
& mulier quaedam martha nomine· excepit
illum in domum suam· Et huic erat soror·
nomine maria· Quae etiam sedens secus pe
des dnī· audiebat uerbum illius· Martha
autem· satagebat circa frequens ministeriū·
quae stetit· & ait· Dne· non est tibi curae·
quod soror mea· reliquit me solam ministra
re· Dic ergo illi· ut me adiuuet· Et re

spondens· dixit illi dn̄s· Martha martha·
sollicita es· & turbaris erga plurima· Porro·
unum est necessarium· Maria optimam
partem elegit· quae n̄ auferet̄ ab ea·

L. cxxiii· V m· xliii·

ET FACTUM EST

cum esset in loco quodam orans·
ut cessavit· dixit unum ex disci
pulis eius ad eum· Dn̄e· doce nos orare· sicut
& iohannes docuit discipulos suos· Et ait illis·
Cum oratis dicite· Pater· sc̄ificetur nomen
tuum· Adveniat regnum tuum· Panem
n̄rm cottidianum· da nobis hodie· Et dimit
te nobis peccata n̄ra· Siquidem & ipsi dimit
timus· omni debenti nobis· Et ne nos indu

L. cxxiiii· X S o l

cas in temptationem· Et ait ad illos· Quis
u̅r̅m habebit amicum· & ibit ad illum medi
a nocte· & dicet illi· Amice· commoda mihi
tres panes· quo̅ amicus meus venit de via ad
me· & non habeo quod ponam ante illum·
Et ille de intus respondens dicat· Noli mihi

molestus esse· iam ostium clausum est· & pueri
mei mecum sunt in cubili· non possum surgere·
& dare tibi· Et ille si perseuerauerit pulsans· di
co uobis· & si non dabit illi· surgens eo quod ami
cus eius sit· propter improbitatem tamen eius
surget· & dabit illi quotquot habet necessarios·
L.cxxv. V m̄t.liii. Et ego uobis dico· petite· & dabitur uobis· Quae
rite· & inuenietis· pulsate· & aperietur uobis·
Omnis enim qui petit accipit· & qui quaerit inue
nit· & pulsanti aperietur· Quis autem ex uobis
patrem petit panem· numquid lapidem dabit
illi· Aut piscem· numquid pro pisce serpentē
dabit illi· Aut si petierit ouum· numquid
porriget illi scorpionem· Si ergo uos cum si
tis mali· nostis bona data dare filiis uris· quan
to magis pater uester de caelo· dabit spm̄ bonū
L.cxxvi. V m̄t.cxviiii. petentibus se· Et erat eiciens doemonium·
& illud erat mutum· Et cum eiecisset doemo
nium· locutus est mutus· & admiratae sunt
L.cxxvii. II m̄t.cxxi m̄r.xxxi. turbae· Quidam autem ex eis dixerunt·

In beelzebub principe doemoniorum · eicit dę
L. cxxviii. V m. cxxvii. monia · Et alii temptantes · signum de cęlo
L. cxxviiii. II m. cxxii. quaerebant ab eo · Ipse autem ut uidit co
m. xxxiii. gitationes eorum dixit eis · Omne regnum
in se ipsum diuisum desolatur · & domus su
pra domum cadit · Si autem & satanas in se
ipsum diuisus est · quomodo stabit regnum
ipsius · Quia dicitis · in beelzebub eicere me dę
monia · Si autem ego in beelzebub eicio doe
monia · filii urī in quo eiciunt · Ideo ipsi iu
dices urī erunt · porro · si in digito dī eicio
doemonia · profecto peruenit in uos regnum
dī · Cum fortis armatus custodit atrium su
um · in pace sunt ea quae possidet · Si autem
fortior illo super ueniens uicerit eum · uni
uersa arma eius auferet in quibus confidebat ·
& spolia eius distribuet · Qui non est mecū ·
aduersum me est · Et qui non colligit mecū ·
L. cxxx. V m. cxxviiii. dispergit · Cum immundus spiritus exie
rit de homine · perambulat per loca inaquo

sa· quaerens requiem· et non inueniens dicit· Re
uertar in domum meam· unde exiui· Et cum
uenerit· inuenit scopis mundatam· et tunc
uadit· et assumit septem alios spiritus nequiores
se· et ingressi habitant ibi· Et fiunt nouissima
L· cxxxi· X Sol hominis illius peiora prioribus· Factum
est autem cum haec diceret· extollens quae
dam mulier de turba· dixit illi· Beatus uenter
qui te portauit· et ubera quae suxisti· At ille
dixit· Quin immo· beati qui audiunt uerbū
L· cxxxii· V m· cxxxiii· dī· et custodiunt illud· Turbis autem con
currentibus coepit dicere· Generatio haec· ge
neratio nequam est· Signum quaerit· et si
gnum non dabitur illi· nisi signum ionae·
Nam sicut fuit ionas signum nineuitis· ita erit
et filius hominis generationi isti· Regina au
stri surget in iudicio cum uiris generationis
huius· et condemnabit illos· quia uenit a finib;
terrae· audire sapientiam salomonis· Et ecce
plus solomone hic· Uiri nineuitae surgent in

iudicio cum generatione hac · & condemnabunt
illam · quia poenitentiam egerunt adpraedica
L·cxxxiii· II mt·xxxii· mr·xxxviii· tionem ionae · Et ecce plus iona hic · Nemo
lucernam accendit · & inabsconso ponit · neque
submodio sed super candelabrum · ut qui ingre
L·cxxxiiii· V mt·xlvii· diuntur lumen uideant · Lucerna corporis
tui · est oculus tuus · Si oculus tuus fuerit sim
plex · totum corpus tuum lucidum erit · Si au
tem nequam fuerit · etiam corpus tuum tenebro
sum erit · Uide ergo · ne lumen quod inte est te
nebrae sint · Si ergo corpus tuum totum luci
dum fuerit · non habens aliquam partem tene
brarum · erit lucidum totum · Et sicut lucerna
L·cxxxv· V mt·ccxxxvi· fulgoris illuminabit te · Et cum loqueretur ·
rogauit illi quidam pharisaeus · ut pranderet
apud se · Et ingressus recubuit · Pharisaeus autem
coepit intra se reputans dicere · quare non ba
ptizatus esset · ante prandium · Et ait dominus ad il
lum · Nunc uos pharisaei · quod deforis est cali
cis & catini mundatis · quod autem intus est uestrum ·

plenum rapina est & iniquitate. Stulti non
ne qui fecit quod deforis est. etiam id quod intus
est fecit? Uerumtamen quod superest. date
elemosinam. & ecce omnia munda sunt uobis.
l. cxxxvi. V mt. ccxxxiiii. Sed uae uobis pharisaeis. quia decimatis mentam
& rutam & omne holus. & praeteritis iudicium &
caritatem dei. haec autem oportuit facere. &
l. cxxxvii. II mt. ccxxxviiii. mr. cxxxv. illa non omittere. Uae uobis pharisaeis quia
diligitis primas cathedras in synagogis. & saluta
l. cxxxviii. V mt. ccxxxvii. tiones in foro. Vae uobis. quia estis ut monu
menta quae non parent. & homines ambulan
l. cxxxviiii. V mt. ccxxxviii. tes supra nesciunt. Respondens autem qui
dam ex legis peritis ait illi. Magister. haec di
cens. etiam nobis contumeliam facis. At ille ait.
Et uobis legis peritis uae. quia oneratis homi
nes oneribus. quae portari non possunt. & ipsi
uno digito uestro non tangitis sarcinas.
l. cxl. V mt. ccxxxviiii. Uae uobis. qui aedificatis monumenta prophe
tarum. patres autem uestri. occiderunt illos. Pro
fecto testificamini. quod consentitis operibus

patrum uestrorum· Quos quidem ipsi eos occiderunt·
uos autem aedificatis eorum sepulchra·
L·cxli· V m·ccxl· P ropterea & sapientia dei dixit· Mittam ad illos
prophetas & apostolos· & ex illis occident· & per
sequentur· ut inquiratur sanguis omnium
prophetarum· qui effusus est a constitutione
mundi a generatione ista· A sanguine abel·
usq· ad sanguinem zachariae· qui periit inter
altare & aedem· Ita dico uobis requiretur ab hac
L·cxlii· V m·ccxxxii· generatione· Vae uobis legis peritis· quia
tulistis clauem scientiae· Ipsi non introistis·
& eos qui introibant prohibuistis·

XII L·cxliii· S X o l



CUM HAEC AD
illos diceret· coeperunt pharisaei &
legis periti grauiter insistere· & os
eius opprimere· de multis insidiantes ei·
Et quaerentes capere aliquid ex ore eius· ut accu
sarent eum· Multis autem turbis circumstan
L·cxliiii· II m·clxiiii· m·lxxviii· tibus· ita ut se inuicem conculcarent· coe
pit dicere ad discipulos suos· Adtendite a fer

mento pharisaeorum · quod est hypocrisis ·

l · cxlv · V · m̄ · xcuii · Nichil autem opertum est quod non reueletur ·

neq· absconditum · quod non sciatur · Quo̅

quae in tenebris dixistis in lumine dicent̄ ·

Et quod in aurem locuti estis in cubiculis prę

dicabitur in tectis · Dico autem uobis amicis

meis ne terreamini ab his qui occidunt cor

pus · & post haec non habent amplius · quod

faciant · Ostendam autem uobis · quem time

atis · Timete eum qui post quam occiderit ·

habet potestatem mittere in gehennam ·

Ita dico uobis · hunc timete · Nonne quinq·

passeres ueneunt dipondio · Et unus ex illis ·

non est in obliuione coram dō · Sed & capilli

capitis ur̄i · omnes numerati sunt · Nolite

ergo timere · multis passeribus · pluris estis ·

Dico autem uobis · Omnis quicumq· confes

sus fuerit in me coram hominibus · & filius ho

minis confitebitur illum · coram angelis dī ·

l · cxlvi · II · m̄ · xcuiii · m̄ · xcuiii · Qui autem negauerit me coram hominibus ·

L·cxlvii· II mt·ccxxiii· mr·xxxiiii· denegabitur coram angelis dī· Et omnis qui
dicit uerbum in filium hominis remittetur il
li· Ei autem qui in spm̄ scm̄ blasphemauerit non
L·cxlviii· II mt·lxxviii· mr·cxli· remittetur· Cum autem inducent uos in
sinagogas· & ad magistratus & potestates· noli
te solliciti esse· qualiter aut quid respondeatis·
aut quid dicatis· Sps enim scs docebit uos in
L·cxlviiii· X S o l ipsa hora· quae oporteat dicere· Ait autē
ei quidam de turba· Magister· dic fratri meo·
ut diuidat mecum hereditatem· At ille dixit
ei homo· quis me constituit iudicem· aut di
uisorem super uos· Dixitq· ad illos· Uidete
& cauete ab omni auaritia· Quia non in abun
dantia cuiusquā· uita eius est· ex his quae pos
sidet· Dixit autem similitudinem ad illos di
cens· hominis cuiusdam diuitis· uberes fructus
ager attulit· & cogitabat intra se dicens· Quid
faciam· quod non habeo· quo congregem fru
ctus meos· Et dixit· hoc faciam· Destruam
horrea mea· & maiora faciam· & illuc congre

gabo omnia quae nata sunt michi · & bona mea ·
& dicam animae meae · Anima habes multa bo
na posita in annos plurimos · requiesce · comede ·
bibe · epulare · Dixit autem illi ds · Stulte · hac
nocte animam tuā repetunt a te · quae autem
parasti · cuius erunt · Sic est qui sibi thesaurizat ·
L. cl. V. in. xlviii. & non est in dm dives · Dixitq; ad discipulos
suos · Ideo dico uobis · nolite solliciti esse animę
quid manducetis · neq; corpori quid uestiamini ·
Anima plus est quā esca · & corpus · quā uestimen
tum · Considerate coruos · quia non seminant ·
neq; metunt · quibus non est cellarium · neque
horreum · & ds pascit illos · Quanto magis uos
pluris estis illis · Quis autem urm cogitando
potest adicere ad staturā suam cubitum unū ·
Si ergo neq; quod minimum est potestis · quid de
ceteris solliciti estis · Considerate lilia quomo
do crescunt · non laborant · non nent · Dico au
tem uobis · Nec salomon in omni gloria sua ue
stiebatur · sicut unum ex istis · Si autem foenū

agri quod hodie in agro est & cras in clibanum
mittitur. ds sic uestit. quanto magis uos pusil
lae fidei? Et uos nolite quaerere. quid manduce
tis aut quid bibatis. & nolite in sublime tolli.
haec enim omnia. gentes mundi quaerunt.
Pater autem uester scit. quo his indigetis. Uerū
tamen quaerite regnum dī. & haec omnia adi
l. cli. X Sol cientur uobis. Nolite timere pusillus grex.
quia complacuit patri uro. dare uobis regnū.
l. clii. II mt. cxciiii. mr. cviii. Uendite quae possidetis. & date elemosinam.
l. cliii. V mt. xlvi. Facite uobis sacculos quae non ueterescunt.
thesaurum non deficientem in caelis. quo fur
non appropiat. neq; tinea corrumpit. Ubi
enim thesaurus uester est. ibi & cor urm erit.
l. cliiii. X Sol Sint lumbi uestri praecincti. & lucernae ar
dentes. Et uos similes hominibus expectan
tibus dnm suum. quando reuertatur a nu
ptiis. Ut cum uenerit & pulsauerit. confestim
l. clv. V mt. cclxvi. aperiant ei. Beati serui illi. quos cum ue
nerit dns inuenerit uigilantes. Amen dico

uobis· quod praecinget se· & faciet illos discum
bere· & transiens ministrabit illis· Et si uene
rit in secunda uigilia· et si in tertia uigilia uene
l· clvi· II m· cclxiiii· m· clv· rit· & ita inuenerit· beati sunt serui illi· Hoc
autem scitote· quo si sciret pater familias qua
hora fur ueniret· uigilaret utiq· & non sineret
perfodi domum suam· Et uos estote parati·
quia qua hora non putatis· filius hominis ue
l· clvii· V m· cclxv· niet· Ait autem ei petrus· Dne· ad nos di
cis hanc parabolam· an & ad omnes· Dixit au
tem dns· Quis putas est fidelis dispensator &
prudens· quem constituit dns super familiã
suam· ut det illis in tempore tritici mensurã·
Beatus ille seruus quem cum uenerit dns inue
nerit ita facientem· Uere dico uobis· quia su
pra omnia quae possidet constituet eum·
l· clviii· V m· cclxvii· Quod si dixerit seruus ille in corde suo· moram
facit dns meus uenire· & coeperit percutere pu
eros & ancillas· & edere & bibere· & inebriari· ue
niet dns serui illius in die qua non sperat· & hora

qua nescit · & diuidet eum · partemq· eius cum in
l · clviiii · X sol fidelibus ponet · Ille autem seruus · qui cogno
uit uoluntatem dni sui · & non praeparauit · & n
fecit secundum uoluntatem eius · uapulabit mul
tis · Qui autem non cognouit & fecit digna plagis ·
uapulabit paucis · Omni autem cui multum da
tum est · multum quaeretur ab eo · Et cui com
mendauerunt multum · plus petent ab eo ·
l · clx · V m · xcv · Ignem ueni mittere in terram · & quid uolo nisi ac
cendatur · Baptisma habeo baptizari · & quomo
do coartor usq· dum perficiatur · Putatis quia pa
cem ueni dare in terram · Non · dico uos · sed separa
tionem · Erunt enim ex hoc quinq· in domo una
diuisi · Tres in duo · & duo in tres diuidentur · pa
ter in filium · & filius in patrem suum · Mater in
filiam · & filia in matrem · Socrus in nurum suam ·
l · clxi · V m · clxii · & nurus in socrum suam · Dicebat autem & ·
ad turbas · Cum uideritis nubem orientem ab oc
casu · statim dicitis · nimbus uenit · & ita fit · Et cu
austrum flantem · dicitis quia aestus erit · & fit ·

hypocritae faciem caeli & terrae nostis probare hoc
autem tempus quomodo non probatis. Quid autem
& a uobis ipsis non iudicatis quod iustum est.

L. clxii V Gr. xxxvi Cum autem uadis cum aduersario tuo ad principem
in uia da operam liberari ab illo ne forte tradat
te apud iudicem & iudex tradat te exactori &
exactor mittat te in carcerem. Dico tibi non ex
ies inde donec etiam nouissimum minutum
R E D D A S.

XIII L. clxiii X S. o l



ADERANT AUTEM
quidam ipso in tempore nuntiantes
illi de galileis quorum sanguinem
pilatus miscuit cum sacrificiis eorum. Et respon
dens dixit illis. Putatis quod hi galilei prae omni
bus galileis fuerunt peccatores quia talia passi
sunt. Non dico uobis sed nisi poenitentiam habu
eritis omnes similiter peribitis sicut illi decem &
octo supra quos cecidit turris in siloa & occidit
eos. Putatis quia & ipsi debitores fuerunt prae
ter omnes homines habitantes in ierusalem. Non.

dico uobis· sed si non poenitentiam egeritis· o
l· clxiiii· X S o l mnes similiter peribitis· Dicebat autem
hanc similitudinem· Arborem fici habebat
quidam plantatam in uinea sua· & uenit quę
rens fructum in illa· & non inuenit· Dixit au
tem ad cultorem uineae· Ecce anni tres sunt
ex quo uenio· quaerens fructum in ficulnea
hac· & non inuenio· Succide ergo illam· ut quid
etiam terram occupat· At ille respondens· di
xit illi· Dne· dimitte illam & hoc anno· usq·
dum fodiam circa illam & mittam stercora·
& siquidem fecerit fructum· sin autem· in futu
rum succides eam· Erat autem docens in syna
goga eorum sabbatis· Et ecce mulier quae
habebat spiritum infirmitatis annis· x· & viii·
& erat inclinata· nec omnino poterat sursum
aspicere· Quam cum uideret ihc· uocauit ad
se· & ait illi· Mulier· dimissa es ab infirmitate
tua· Et imposuit illi manus· & confestim ere
l· clxv· V In· cxvi· cta est· & glorificabat dm· Respondens aut

archisinagogus indignans quia sabbato curas
set ihs· dicebat turbae· Sex dies sunt in quibus
oportet operari· in his ergo uenite & curamini·
& non in die sabbati· Respondit autem ad illum
dns & dixit· hypocritae· unusquisque uestrum
sabbato non soluit bouem suum aut asinum
a praesepio· & ducit adaquare· hanc autem fili
am abrahae· quam alligauit satanas ecce decem
& octo annis· non oportuit solui a uinculo isto
l.cxlvi. X Sol die sabbati· Et cum haec diceret· erubesce
bant omnes aduersarii eius· Et omnis populus
gaudebat in uniuersis· quae gloriose fiebant
l.cxlvii. II m.cxxxvii. m.xliiii. ab eo· Dicebat ergo· Cui simile est regnum
di· & cui simile esse existimabo illud· Simile
est grano sinapis· quod acceptum homo mi
sit in ortum suum· & creuit & factum est in ar
borem magnam· & uolucres caeli requieuerunt
l.cxlviii. V m.cxxxviii. in ramis eius· Et iterum dixit· Cui simile
existimabo regnum di· Simile est fermento·
quod acceptum mulier abscondit in farine

L. clxviiii· II m. lxxvi· m. lii· sata tria· donec fermentaretur totum· Et ibat
per ciuitates & castella docens· & iter faciens in hie
L. clxx· V m. lx· rusalem· Ait autem illi quidam· Dne· si pauci
sunt qui saluantur· Ipse autem dixit ad illos·
C ontendite intrare per angustam portam· quia
multi dico uobis quaerent intrare· & non po
L. clxxi· V m. lx· terunt· Cum autem intrauerit paterfamili
as & clauserit ostium· & incipietis foris stare· &
pulsare ostium dicentes· Dne· aperi nobis· Et
respondens· dicet uobis· Nescio uos unde sitis·
M anducauimus coram te & bibimus· & in plateis nris
docuisti· Et dicet uobis· Nescio uos unde sitis·
D iscedite a me omnes operarii iniquitatis· ibi erit
L. clxxii· m. lxv· fletus & stridor dentium· Cum uideritis abraham
& isaac & iacob· & omnes prophetas in regno di· uos
autem expelli foras· Et uenient ab oriente & occi
dente & aquilone & austro· & accumbent in regno
L. clxxiii· II m. cxcviii m. cxi· di· Et ecce sunt nouissimi qui erant primi &
L. clxxiiii· S o l· sunt primi qui erant nouissimi· In ipsa die acces
serunt quidam pharisaeorum dicentes illi· Exi & ua
de hinc· quia herodes uult te occidere· Et ait

illis · Ite & dicite uulpi illi · Ecce eicio daemo
nia & sanitates perficio hodie & cras & tertia
die consummor · Uerumtamen oportet me ho
die & cras & sequenti ambulare · quia non capit
L · clxxv · V · m̄t · ccxli · prophetam perire extra ierusalem · Ierusalem
ierusalem · quae occidis prophetas & lapidas eos
qui mittuntur ad te · Quotiens uolui congrega
re filios tuos quemadmodum auis nidum suum
sub pennis & noluisti · Ecce relinquetur uobis
domus uestra deserta · Dico autem uobis · quia non
uidebitis me · donec ueniat cum dicetis · Bene
dictus qui uenit · in nomine domini ·
XIIII · ET FACTUM EST
L · clxxvi · X · Sol cum intraret in domum cuiusdam prin
cipis pharisaeorum sabbato manducare
panem · & ipsi obseruabant eum · Et ecce homo
L · clxxvii · V · m̄t · cxvi · quidam ydropicus erat ante illum · Et re
spondens iesus · dixit ad legis peritos & pharisaeos
dicens · Si licet sabbato curare · At illi tacuerunt ·
Ipse uero apprachensum sanauit eum ac dimisit ·

Et respondens ad illos dixit · Cuius uestrum asinus
aut bos in puteum cadit · & non continuo extra
het illum die sabbati · Et non poterant ad haec
L·clxxviii· X Sol respondere illi · Dicebat autem & ad inuita
tos parabolam · intendens quomodo primos
accubitus eligerent dicens ad illos · Cum inui
tatus fueris ad nuptias · non discumbas in pri
mo loco · Ne forte honoratior te sit inuita
tus ab illo · & ueniens is qui te & illum uocauit ·
dicat tibi · Da huic locum · Et tunc incipias
cum rubore · nouissimum locum tenere · Sed
cum uocatus fueris · uade recumbe in nouis
simo loco · ut cum uenerit qui te inuitauit ·
dicat tibi · Amice · ascende superius · Tunc
erit tibi gloria · coram simul discumbentibus ·
L·clxxviiii· V M·ccxxxi· Quia omnis qui se exaltat · humiliabitur · Et
L·clxxx· X Sol qui se humiliat exaltabitur · Dicebat autem
& ei · qui se inuitauerat · Cum facis prandium
aut cenam · noli uocare amicos tuos · neque fratres
tuos · neque cognatos · neque uicinos diuites · ne for

te & ipsi te reinuitent · & fiat retributio · Sed
cum facis conuiuium · uoca pauperes · debiles
claudos · caecos · & beatus eris quia non habent
retribuere tibi · Retribuetur enim tibi · in re
surrectione iustorum · haec cum audisset
quidam de simul discumbentibus · dixit il
li · Beatus qui manducabit panem · in regno
L. clxxxi. V m. ccxxi. di · At ipse dixit ei · homo quidam fecit
caenam magnam · & uocauit multos · Et mi
sit seruum suum hora caene dicere inuita
tis ut uenirent · quia iam parata sunt omnia ·
Et coeperunt simul omnes excusare · primus
dixit illi · Uillam emi · & necesse habeo exi
re · & uidere illam · Rogo te · habe me excu
satum · Et alter dixit · Iuga boum emi quinq·
& eo probare illa · Rogo te · habe me excusa
tum · Et alius dixit · Uxorem duxi · & ideo
non possum uenire · Et reuersus seruus · nun
tiauit haec domino suo · Tunc iratus paterfa
milias · dixit seruo suo · Exi cito in plateas · &

uicos ciuitatis· & pauperes ac debiles· caecos· & clau
dos· intro duc huc· Et ait seruus· Dne· factũ
est ut imperasti· & adhuc locus est· Et ait dns
seruo· Exi in uias & sepes· & compelle intrare·
ut impleatur domus mea· Dico autem uobis·
Quod nemo uirorum illorum qui uocati sunt
L·clxxxii· V m·xcvii· gustabit caenam meam· Ibant autem tur
bae multae cum eo· & conuersus dixit ad illos·
Si quis uenit ad me· & non odit patrem suum
& matrem· & uxorem & filios· & fratres· & soro
res· adhuc animam suã· non potest meus esse
discipulus· Et qui non baiolat crucem suam
& uenit post me· non potest meus esse disci
L·clxxxiii X Sol· pulus· Quis enim ex uobis uolens turrim
aedificare· non sedens prius computat sumptus
qui necessarii sunt· si habet ad perficiendum·
Ne postea quam posuerit fundamentum· & non
potuerit perficere· omnes qui uident incipiant
illudere ei dicentes· Quia hic homo coepit aedi
ficare· & non potuit consummare· Aut quis

rex iturus committere bellum adversus alium
regem non sedens prius cogitat· si possit cum
decem milibus occurrere ei· qui cum viginti
milibus venit ad se. Alioquin adhuc illo lon
ge agente· legationem mittens· rogat ea quae
L. clxxxiiii. V mt. xcvi. pacis sunt. Sic ergo omnis ex vobis qui
non renuntiat omnibus quae possidet· non
potest meus esse discipulus.

XV L. clxxxv. II mt. xxxi. mr. cii. BONUM EST
sal. Si autem sal quoque evanuerit·
in quo condietur? Neque in terram·
neque in sterquilinium utile est· sed foras
mittetur. Qui habet aures audiendi· audiat.
L. clxxxvi. II mt. lxxii. mr. xxii. Erant autem appropinquantes ei publicani et
peccatores· ut audirent illum. Et murmura
bant pharisaei et scribae dicentes: Quia hic
peccatores recipit· et manducat cum illis.
L. clxxxvii. V mt. clxxxii. Et ait ad illos parabolam istam dicens: Quis ex
vobis homo qui habet centum oves· et si per
diderit unam ex illis· nonne dimittit nona

gınta nouem ındeserto · & uadıt adıllam quae pe
rierat donec inueniat illam. Et cum inuenerit
eam · imponit inhumeros suos gaudens. Et ue
niens domum · conuocat amicos & uicinos · di
cens illis. Congratulamini michi · quia inueni
ouem meam quae perierat. Dico uobis · quod
ita gaudium erit incaelo super uno peccatore
poenitentiam agente · quam super nonaginta
nouem iustis · qui non indigent poenitentia.
l. clxxxviii X Sol. Aut quae mulier habens dragmas decem · si per
diderit dragmam unam · non ne accendit lu
cernam · & euerrit domum · & quaerit diligen
ter donec inueniat. Et cum inuenerit · con
uocat amicas & uicinas dicens · Congratula
mini michi · quia inueni dragmam quam
l. clxxxviiii · V m. clxxxii · perdideram · Ita dico uobis · gaudium erit
coram angelis di · super uno peccatore · poe
l. cxc · X Sol nitentiam agente · Ait autem · homo quı
dam habuit duos filios · & dixit adolescentior
ex illis patri · Pater · da michi portionem sub

stantiae · quae me contingit · Et diuisit illis
substantiam · Et non post multos dies · con
gregatis omnibus adolescentior filius pere
gre profectus est · in regionem longinquam ·
E t ibi dissipauit substantiam suam · uiuen
do luxuriose · Et postquam omnia consu̅
masset · facta est fames ualida in regione il
la · & ipse coepit egere · Et abiit · & adhaesit
uni ciuium regionis illius · & misit illum
in uillam suam · ut pasceret porcos · Et cupi
ebat implere uentrem suum de siliquis quas
porci manducabant · & nemo illi dabat · In se
autem reuersus dixit · Quanti mercennarii
patris mei abundant panibus · ego autem
hic fame pereo · Surgam & ibo ad patrem
meum · & dicam illi · pater · peccaui in cae
lum & coram te · & iam non sum dignus uo
cari filius tuus · fac me sicut unum ex mer
cennariis tuis · Et surgens uenit ad patre̅ suu̅ ·
C um autem adhuc longe esset · uidit illum

pater ipsius & misericordia motus est. & accurrens
cecidit supra collum eius & osculatus est eum.
D ixitque ei filius. Pater. peccaui in caelum & co
ram te. iam non sum dignus uocari filius tu
us. Dixit autem pater ad seruos suos. Cito
proferte stolam primam & induite illum. & da
te anulum in manum eius & calciamenta in
pedes eius. Et adducite uitulum saginatum.
& occidite. & manducemus & epulemur. Quia
hic filius meus mortuus erat & reuixit. perie
rat & inuentus est. Et coe
perunt epulari. Erat autem filius eius senior
in agro. Et cum ueniret & appropinquaret
domui. audiuit symphoniam. & chorum. &
uocauit unum de seruis & interrogauit quae
haec essent. Isque dixit illi. Frater tuus uenit.
& occidit pater tuus uitulum saginatum. quia
saluum illum recepit. Indignus est autem. &
nolebat introire. Pater ergo illius egressus coe
pit rogare illum. At ipse respondens dixit

patri suo· Ecce tot annis seruio tibi· & num
quā mandatum tuum praeterii· & numquā
dedisti michi haedum· & cum amicis meis epu
larer· Sed postquam filius tuus hic qui de
uorauit substantiam suam cum meretricibus
uenit· occidisti illi uitulum saginatum· At ipse
dixit illi· Fili· tu semper mecum es· & omnia
mea tua sunt· Epulari autem & gaudere o
portebat· quia frater tuus hic mortuus erat
& reuixit· perierat & inuentus est· Dicebat
autem & ad discipulos suos· homo quidam
erat diues qui habebat uilicum· & hic diffa
matus est apud illum· quasi dissipasset bona
ipsius· Et uocauit illum· & ait illi· Quid hoc
audio de te? Redde rationem uilicationis
tuae· Iam enim non poteris uilicare· Ait autē uilicus
intra se· Quid faciam· quia dominus meus au
fert a me uilicationem? Fodere non ualeo·
mendicare erubesco· scio quid faciam· Ut cū
amotus fuero a uilicatione· recipiant me in

domos suas. Conuocatis itaq; singulis debitori
bus domini sui. dicebat primo. Quantum debes
domino meo? At ille dixit. Centum cados olei.
D ixitq; illi. Accipe cautionem tuam. & sede cito.
scribe quinquaginta. Deinde alio dixit. Tu ue
ro quantum debes? Qui ait. Centum choros tri
tici. Ait illi. Accipe litteras tuas. & scribe octo
ginta. Et laudauit dominus uilicum iniquita
tis. quia prudenter fecisset. quia filii huius sae
culi. prudentiores filiis lucis. in generatione
sua sunt. Et ego uobis dico. Facite uobis amicos
de mammona iniquitatis. ut cum defeceritis
recipiant uos in aeterna tabernacula. Qui fide
lis est in minimo. & in maiori fidelis est. Et qui
in modico iniquus est. & in maiori iniquus est.
S i ergo in iniquo mammona fideles non fuistis.
quod uerum est quis credet uobis? Et si in ali
eno fideles non fuistis. quod uestrum est quis
l·cxci· V m·xlviii· dabit uobis? Nemo seruus. potest duobus
dominis seruire. Aut enim unum odiet. & al

terum diliget· Aut uni adhaerebit· & alterum
contemnet· Non potestis dō seruire· & mam
L·cxcii· X Sol monae· Audiebant autem omnia haec
pharisaei· qui erant auari· & deridebant illum·
Et ait illis· Uos estis qui iustificatis uos coram
hominibus· ds̄ autem nouit corda urā· quia
quod hominibus altum est· abominatio est an
L·cxciii· V ōn·cx· te dm̄· Lex & prophetae· usq· ad iohannem·
ex eo regnum dī euangelizatur· & omnis in il
L·cxciiii V ōn·xxiiii· lud uim facit· Facilius est autem· caelum
& terram praeterire· quam de lege· unum api
L·cxcv· II ōn·cxc· cem cadere· Omnis qui dimittit uxorem
ōn·cx· XVI suam· & ducit alteram moechatur· Et qui di
L·cxcvi X Sol missam a uiro ducit· moechatur· Homo
quidam erat diues & induebatur purpura &
bysso· & epulabatur cotidie splendide· Et erat
quidam mendicus nomine lazarus· qui iace
bat ad ianuā eius ulceribus plenus· cupiens sa
turari de micis· quae cadebant de mensa diui
tis· Sed & canes ueniebant· & lingebant ulcera

eius. Factum est autem ut moreretur mendi
cus & portaretur ab angelis in sinum abrahae.
Mortuus est autem & diues & sepultus est in in
ferno. Eleuans autem oculos suos cum esset
in tormentis uidit abraham a longe & laza
rum in sinu eius. Et ipse clamans dixit. Pa
ter abraham miserere mei. & mitte lazarum
ut intinguat extremum digiti sui in aquam.
& refrigeret linguam meam. quia crucior in
hac flamma. Et dixit illi abraham. Fili recor
dare quia recepisti bona in uita tua & lazarus
similiter mala. Nunc autē hic consolatur. tu
uero cruciaris. Et in his omnibus inter nos &
uos chaos magnum firmatum est. ut hi qui
uolunt hinc transire ad uos non possint. neq.
inde huc transmeare. Et ait. Rogo ergo te pa
ter. ut mittas eum in domum patris mei. habe
o enim quinq. fratres. ut testetur illis ne & ipsi
ueniant in locum hunc tormentorum. Et ait
illi abraham. habent moysen & prophetas. au

dia[n]t illos. At ille dixit. Non pater abraham.
sed siquis ex mortuis ierit ad eos. poenitentiam
agent. Ait autem illi. Si moysen & prophe
tas non audiunt. neq; siquis ex mortuis resur
L. cxcvii. II m̅t. clxxviii. m̅r. xcviii. rexerit. credent. Et ad discipulos suos ait.
Impossibile est. ut non ueniant scandala. Uae
autem illi. per quem ueniunt. Utilius est illi
si lapis molaris imponatur circa collu̅ eius. & p
iciatur in mare. quam ut scandalizet unum de
L. cxcviii. V m̅t. clxxxiii. pusillis istis. Adtendite uobis. Si peccauerit
frater tuus. increpa illum. Et si poenitentiam
L. cxcviiii. V m̅t. clxxxvii. egerit. dimitte illi. Et si septies in die pecca
uerit in te. & septies in die conuersus fuerit ad
L. cc. V m̅t. clxxv. te dicens. poenitet me. dimitte illi. Et dixe
runt apl̅i dn̅o. Adauge nobis fidem. Dixit au
tem dn̅s. Si habueritis fidem sicut granum sina
pis. diceretis huic arbori moro. eradicare & trans
L. cci. X Sol plantare in mare. & oboediret uobis. Quis au
tem ur̅m habens seruum arantem aut pascen
tem. qui regresso de agro dicet illi statim.

Transi recumbe · & non dicet ei para quod cae
nem · & praecinge te · & ministra michi donec
manducem · & bibam · Et post haec tu mandu
cabis & bibes · Numquid gratiam habet seruo
illi · quia fecit quae ei imperauerat · non puto ·
Sic & uos cum feceritis omnia quae praecepta
sunt uobis · dicite · serui inutiles sumus · quod
debuimus facere fecimus · Et factum est dũ
iret in ierusalem · transiebat per mediam sama
riam & galileam · Et cum ingrederetur quod
dam castellum · occurrerunt ei decem uiri
leprosi · Qui steterunt alonge · & leuauerunt
uocem dicentes · ihũ praeceptor · miserere
nostri · Quos ut uidit · dixit · Ite · ostendite
uos sacerdotibus · Et factum est dum irent ·
mundati sunt · Unus autem ex illis ut ui
dit quia mundatus est · regressus est cum
magna uoce · magnificans dñm · Et cecidit
in faciem ante pedes eius · gratias agens · Et
hic erat samaritanus · Respondens autẽ ihc

dixit · Nonne decem mundati sunt · & no
uem ubi sunt? Non est inuentus qui rediret
& daret gloriam dō · nisi hic alienigena · Et ait
illi · Surge uade · quia fides tua · te saluum fe
L. ccii. V m. cclv. cit · Interrogatus autem a pharisaeis quan
do uenit regnum dī · Respondit eis & dixit ·
Non uenit regnum dī cum obseruatione · neq;
dicent · Ecce hic · aut ecce illic · Ecce enim re
L. cciii. X S o l gnum dī intra uos est · Et ait ad discipu
los suos · Uenient dies quando desideretis ui
dere unum diem filii hominis & non uidebi
L. cciiii. II m. cclii. m. cxlviii. tis · Et dicent uobis · Ecce hic · ecce illic · no
L. ccv. V m. cclvi. lite ire · neq; sectamini · Nam sicut fulgur
coruscans de sub caelo · in ea quae sub caelo sunt
fulget · ita erit filius hominis in die sua ·
L. ccvi. II m. clxviii. m. lxxxiii. Primum autem oportet illum multa pati &
L. ccvii. V m. cclvi. reprobari a generatione hac · Et sicut fa
ctum est in diebus noe · ita erit & in diebus fi
lii hominis · Edebant & bibebant · uxores du
cebant & dabantur ad nuptias · usq; in diem qua

intrauit noe in arcam · & uenit diluuium · & p
L · ccviii · X Sol didit omnes · Similiter sicut factum est in
diebus loth · edebant & bibebant · emebant &
uendebant · plantabant · & aedificabant · Qua
die autem exiit loth a sodomis · pluit ignem
& sulphur de caelo · & omnes perdidit · Secun
dum haec erit · qua die filius hominis reuela
L · ccviiii · II M · ccxlviii · M · cxlii · bitur · In illa hora qui fuerit in tecto · & uasa
eius in domo · ne descendat tollere illa · Et qui in
L · ccx · X Sol agro · similiter non redeat retro · Memores
L · ccxi · III M · xcvii · Io · cvi · estote · uxoris loth · Quicumq · quaesierit
animam suam saluam facere · perdet illam ·
Et quicumq · perdiderit illam · uiuificabit eam ·
L · ccxii · V M · clvii · Dico uobis · In illa nocte erunt duo in lecto uno ·
unus assumetur · & alter relinquetur · Duae e
runt molentes in unum · una assumetur · & alte
ra relinquetur · Duo in agro · unus assumetur
L · ccxiii · V M · cclvii · & alter relinquetur · Respondentes dicunt
illi · Ubi dne · Qui dixit eis · Ubicumq · fuerit
L · ccxiiii · X Sol corpus · illuc congregabuntur aquilae · Dice

bat autem & parabolam ad illos· quō oportet sem
per orare & non deficere dicens· Iudex quidam
erat in quadam ciuitate· qui dm̄ non timebat
& hominem non reuerebatur· Uidua autem
quaedam erat in ciuitate illa· & ueniebat ad eum
dicens· Uindica me de aduersario meo· Et nole
bat per multum tempus· Post haec autem di
xit intra se· Et si dm̄ non timeo· nec hominem
reuereor· tamen quia molesta est michi haec ui
dua· uindicabo illam· ne in nouissimo ueniens su
gillet me· Ait autē dn̄s· Audite quid iudex
iniquitatis dicit· Ds autem non faciet uindi
ctam electorum suorum. clamantium ad se
die ac nocte· & patientiā habebit in illis· Dico
uobis· quia cito faciet uindictā illorum· Ue
rumtamen filius hominis ueniens· putas inue
niet fidem super terram· Dixit autē & ad quos
dam qui in se confidebant tamquam iusti· & a
spernabantur caeteros· parabolam istam· Duo
homines ascenderunt in templum. ut orarent·

Unus phariseus · & alter publicanus. Pharisae
us stans haec apud se orabat. Ds · gratias ago
tibi quia non sum sicut caeteri hominum.
Raptores · iniusti · adulteri · uelut etiam hic pu
blicanus. Ieiuno bis in sabbato · decimas do
omnium quae possideo · Et publicanus alon
ge stans · nolebat nec oculos ad caelum leuare ·
sed percutiebat pectus suum dicens. Ds · pro
pitius esto michi peccatori. Dico uobis · descen
dit hic iustificatus in domum suam ab illo ·
L · ccxv · V m · ccxxxi · Quia omnis qui se exaltat humiliabitur · Et
L · ccxvi · II m · cxcii · m · cxi · qui se humiliat · exaltabitur · Afferebant
autem ad illu͞m et infantes · ut eos tangeret ·
Quod cum uiderent discipuli · increpabant il
los. Ih͞s autem conuocans illos · dixit. Sinite
pueros uenire ad me · & nolite uetare · talium
L · ccxvii · II m · clxxviii · m · cvi · est enim regnum di͞ · Amen dico uobis · q̄
cumq; non acceperit regnum di͞ sicut puer ·
L · ccxviii · II m · cxciii · m · cvii · & · xcv · non intrabit in illud · Et interrogauit eu͞
quidam princeps · dicens. Magister bone · qd

faciens uitam aeternam possidebo? Dixit autē
ei ihc̄ · Quid me dicis bonum? Nemo bonus ni
si solus ds̄ · Mandata nosti · Non occides · non
moechaberis · non furtum facies · non falsum te
stimonium dices · honora patrem tuum · & ma
trem · Qui ait · haec omnia custodiui a iuuen
L·ccxviiii· II m̄·cxciiii· m̄·cviii· te mea · Quo audito ihc̄ · ait ei · Adhuc unū
tibi deest · Omnia quaecumq· habes uende &
da pauperibus & habebis thesaurum in caelo · &
L·ccxx· II m̄·cxcv· m̄·cviiii· ueni sequere me · His ille auditis contrista
tus est · quia diues erat ualde · Uidens autē ihc̄
illum tristem factum · dixit · Quam difficile
qui pecunias habent · in regnum dī intrabunt
Facilius est enim camelum per foramen acus
transire · quam diuitem intrare in regnū dī ·
Et dixerunt qui audiebant · Et quis potest sal
uus fieri? At illis · Quae impossibilia sunt a
pud homines · possibilia sunt apud dm̄ · Ait au
tem petrus · Ecce nos dimisimus omnia & secu
L·ccxxi· II m̄·cxcviii· m̄·cx· ti sumus te · Qui dixit eis · Amen dico uobis

nemo est qui reliquit domum · aut parentes · aut
fratres · aut uxorem · aut filios propter regnum di
& non recipiat multo plura in hoc tempore · & in
saeculo uenturo · uitam aeternam ·
XVII L · ccxxii · II · m · cci · m · cxii ·
ASSUMPSIT AU
tem ihc duodecim · & ait illis · Ecce
ascendimus ierosolimã · & consum
mabuntur omnia · quae scripta sunt per pro
phetas · de filio hominis · Tradetur enim gentib;
& illudetur · & flagellabitur · & conspuetur · Et
post quam flagellauerint occident eum · & die
L · ccxxiii · S o l
tertia resurget · Et ipsi nichil horum intel
lexerunt · Et erat uerbum istud absconditum
ab eis · & non intellexerunt quae dicebantur ·
L · ccxxiiii · II · m · ccv · m · cxvi ·
Factum est autem cum appropinquaret iericho ·
caecus quidam sedebat secus uiam mendicans ·
Et cum audiret turbam praetereuntẽ · interroga
bat quid hoc esset · Dixerunt autem ei · quod ihc
nazarenus transiret · Et clamauit dicens · ihu
fili dauid · miserere mei · Et qui praeibant · incre

pabant eum ut taceret · Ipse uero multomagis
clamabat · fili dauid · miserere mei · Stans autē
ihc · iussit illum adduci adse · Et cum appro
pinquasset · interrogauit illum dicens · Quid
tibi uis faciam · At ille dixit · Dnē · ut uideam ·
E t ihc dixit illi · Respice · fides tua te saluum fecit ·
E t confestim uidit · & sequebatur illum magni
ficans dm · Et omnis plebs ut uidit · dedit laudē
l. ccxxv. S x o l dō · Et ingressus · perambulabat iericho · Et
ecce uir nomine zacheus · & hic erat princeps
publicanorum · & ipse diues · Et quaerebat uide
re ihm quis esset · & non poterat prae turba · quia
statura pusillus erat · Et praecurrens ascendit
in arborem sycomorum · ut uideret illū · quia
inde erat transiturus · Et cum uenisset ad locū ·
suspiciens ihc uidit illum · & dixit ad eum · za
cheae · festinans descende · quia hodie in domo
tua oportet me manere · Et festinans descen
dit · & excepit illum gaudens · Et cum uide
rent omnes murmurabant dicentes · quod ad

hominem peccatorem diuertisset · Stans aut̄
zacheus dixit ad dn̄m · Ecce dimidium me
orum dn̄e do pauperibus · & siquid aliquem
defraudaui reddo quadruplum · Ait ih̄c ad
eum · Quia hodie salus domui huic facta est ·
L · ccxxvi · V · m̄ · clviii · eo quod & ipse filius sit abrahae · Venit enī
filius hominis quaerere & saluum facere quod
L · ccxxvii · X · S · a · L · perierat · Haec autem illis audientibus adi
ciens dixit parabolam · eo quod esset prope ie
rusalem · & quia existimarent quod conse
L · ccxxviii · II · m̄ · cclxviii · m̄ · cliii · stim regnum dī manifestaretur · Dixit
ergo · homo quidam nobilis abiit in regionē
longinquam accipere sibi regnum · & reuerti ·
L · ccxxviiii · V · m̄ · cclx · Vocatis autem decem seruis suis · dedit illis
decem mnas & ait illis · Negotiamini dum
uenio · Ciues autem eius oderant illum · &
miserunt legationem post illū dicentes No
lumus hunc regnare · super nos · Et factum
est ut rediret accepto regno · & iussit uoca
ri seruos quibus dedit pecuniam · ut sciret

quantum quisq· negotiatus esset· Uenit aut̄
primus dicens· Dn̄e· mna tua· decem mnas
adquisiuit· Et ait illi· Euge bone serue· quia
inmodico fidelis fuisti· eris potestatem habens
super decem ciuitates· Et alter uenit dicens·
D nē· mna tua· fecit quinq· mnas· Et huic ait·
E t tu esto super quinq· ciuitates· Et alter ue
nit dicens· Dn̄e· ecce mna tua· quam habui
repositam insudario· timui enim te· quia ho
mo austeris es· tollis quod non posuisti· & me
tis quod non seminasti· Dicit ei· De ore tuo
iudico serue nequam· Sciebas quod ego au
steris homo sum· tollens quod non posui· &
metens quod non seminaui· et quare non de
disti pecuniam meam ad mensam· & ego ue
niens cum usuris utiq· exegissem illud· Et
adstantibus dixit· Auferte ab illo mnam·
& date illi qui decem mnas habet· Et dixer̄
L· ccxxx· II cn̄· ccLxxi· cn̄· xLII· illi· Dn̄e· habet decem mnas· Dico aut̄
uobis· quia omni habenti dabitur· Ab eo au

tem qui non habet · & quod habet auferetur ab
L · ccxxxi · V m̄t · cclxxii · eo · Verumtamen inimicos meos illos qui
noluerunt me regnare super se · adducite huc
& interficite ante me · Et his dictis praecedebat
L · ccxxxii · II m̄t · ccvi · m̄r · cxvii · ascendens ierosolimam · Et factum est cū
appropinquasset ad bethfage · & beththaniam ·
ad montem qui uocatur oliueti · misit duos di
scipulos suos dicens · Ite in castellum quod con
tra uos est · In quod introeuntes inuenietis pul
lum asinae alligatum · cui nemo umquam homi
num sedit · Soluite illum & adducite · Et siquis
uos interrogauerit · quare soluitis · Sic dicetis ei ·
L · ccxxxiii · II m̄t · ccviii · m̄r · cxviii · Quia dn̄s operam eius desiderat · Abierunt au
tem qui missi erant · & inuenerunt sicut dixit
illis · stantem pullum · Soluentibus autem illis
pullum · dixerunt domini eius ad illos · Quid
soluitis pullum · At illi dixerunt · Quia dn̄s eū
necessarium habet · Et duxerunt illum ad ihm̄ ·
& iactantes uestimenta sua supra pullum · im
posuerunt ihm̄ · Euntem autem illo · substerne

L· ccxxxiiii bant uestimenta sua in uia· Et cum appro
I m̄· ccviiii· pinquaret iam ad descensum montis oliueti· coe
m̄· cxviiii· perunt omnes turbae descendentiū gaudentes
Io· c· laudare dm̄ uoce magna super omnibus quas
uiderant uirtutibus dicentes· Benedictus qui
uenit rex in nomine dn̄i· pax in caelo & gloria
L· ccxxxv· in excelsis· Et quidam pharisaeorum de tur
V m̄· ccxiii· bis dixerunt ad illum· Magister increpa disci
pulos tuos· Quibus ipse ait· Dico uobis quia si
L· ccxxxvi· hi tacuerint· lapides clamabunt· Et ut ap
X Sol propinquauit· uidens ciuitatem fleuit super
illam dicens· Quia si cognouisses & tu· Et quidē
in hac tua die quae ad pacem tibi· nunc autem
abscondita sunt ab oculis tuis· Quia uenient
dies in te· & circumdabunt te inimici tui uallo·
Et circumdabunt te· & coangustabunt te undiq;
Et ad terram prosternent te· & filios tuos qui in
L· ccxxxvii· te sunt· Et non relinquent in te lapidem
II m̄· ccxlii· super lapidem· eo quod non cognoueris tem
m̄· cxxxvii·
L· ccxxxviii· pus uisitationis tuae· Et ingressus in tem
I m̄· ccxi·
m̄· cxxi·
lo· xxi·

plum · coepit eicere uendentes in illo & emen
tes · dicens illis · Scriptum est · quia domus
mea · domus orationis est · Uos autem fecistis
L. ccxxxviiii · I · Mt. ccxx · Mr. cxvii · Io. lxxxvi · illam speluncam latronum · Et erat do
cens cotidie in templo · principes autem sacer
dotum · & scribae · & principes plebis · quaere
bant illum perdere · & non inueniebant quid
facerent illi · Omnis enim populus · suspensus
L. ccxl · II · Mt. ccxviii · Mr. cxxviii · erat · audiens illum · Et factum est in una
dierum · docente illo populum in templo & euangeli
zante conuenerunt principes sacerdotum & scribae
cum senioribus · & aiunt dicentes ad illum · Dic
nobis in qua potestate haec facis · aut quis est
qui dedit tibi hanc potestatem · Respondens
autem dixit ad illos · Interrogabo uos & ego
unum uerbum · respondete michi · Baptismum
iohannis de caelo erat an ex hominibus · At il
li cogitabant inter se dicentes · Quia si dixeri
mus de caelo · dicet · Quare ergo non credidi
stis illi · Si autem dixerimus ex hominibus · plebs

uniuersa laudabit nos· Certi sunt enim iohan
nem prophetam esse· Et responderunt se ne
scire unde esset· Et ihs ait illis· Neq· ego dico
L·ccvli· IIII mt·ccxviii· mr·cxxviii· uobis in qua potestate haec facio· Coepit
autem dicere ad plebem· parabolam hanc·
homo plantauit uineam· & locauit eam colo
nis· & ipse peregre fuit· multis temporibus·
Et in tempore misit ad cultores seruum· ut de fru
ctu uineae darent illi· Qui caesum· dimiser
inanem· Et addidit alterum seruum mittere·
Illi autem hunc quoq· caedentes & adficientes con
tumelia· dimiserunt inanem· Et addidit ter
tium mittere· qui & illum uulnerantes eiece
runt· Dixit autem dns uineae· Quid faciam·
Mittam filium meum dilectum· forsitan cum
hunc uiderint· uerebuntur· Quem cum ui
dissent coloni· cogitauerunt inter se dicentes·
hic est heres· occidamus illum· ut nra fiat here
ditas· Et eiectum illum extra uineam· occide
runt· Quid ergo faciet illis dns uineae· Ueni

et & perdet colonos istos· & dabit uineam aliis·
Quo audito· dixerunt illi· Absit· Ille autem aspi
ciens eos ait· Quid est ergo quod scriptum est· Lapidem
quem reprobauerunt aedificantes· hic factus
est in caput anguli· Omnis qui ceciderit supra
illum lapidem· conquassabitur· Super quem
L· ccxlii· autem ceciderit· comminuet illum· Et quae
T· I· M· ccxx· rebant principes sacerdotum & scribae mittere
M· cxxviii· in illum manus illa hora· & timuerunt populum·
Lo· lxxviii· Cognouerunt enim· quod ad ipsos dixerit simili
TUDINEM ISTAM·
XVIII ET OBSERUAN
L· ccxliii· tes miserunt insidiatores· qui se
T· II· M· ccxxii· iustos simularent· ut caperent eum
M· cxxx· in sermone· ut traderent eum principatui & po
testati praesidis· Et interrogauerunt illum di
centes· Magister· scimus quia recte dicis & doces·
& non accipis personam· sed in ueritate uiam dei
doces· Licet nobis dare tributum caesari an non·
Considerans autem dolum illorum· dixit ad eos·

Q uid me temptatis. hypocritae? Ostendite mihi
denarium. Cuius habet imaginem. et inscripti
onem? Respondentes dixerunt. Caesaris. Et
ait illis. Reddite ergo quae caesaris sunt. caesari.
et quae di sunt. dō. Et non potuerunt uerbum
eius repraehendere coram plebe. et mirati in respon
so eius tacuerunt. Accesserunt autem quidam
saducaeorum qui negant esse resurrectionem.
et interrogauerunt eum dicentes. Magister. moy
ses scripsit nobis. si frater alicuius mortuus fue
rit habens uxorem. et hic sine filiis fuerit. ut ac
cipiat eam frater eius uxorem. et suscitet semen
fratri suo. Septem ergo fratres erant. et primus
accepit uxorem. et mortuus est sine filiis. Et se
quens accepit illam. et ipse mortuus est sine filio.
E t tertius accepit illam. Similiter et omnes septē.
et non reliquerunt semen. et mortui sunt. Nouis
sime omnium. mortua est et mulier. In resurre
ctione ergo. cuius eorum erit uxor? Siquidem
septem habuerunt eam uxorem. Et ait illis ihs.

Filii saeculi huius nubunt· & traduntur adnupti
as· Illi uero qui digni habebunt saeculo illo &
resurrectione exmortuis· neq· nubent· neq·
ducunt uxores· Neq· enim ultra mori pote
runt· Aequales enim angelis sunt· & sunt
filii dī· cum sint filii resurrectionis· Quia ue
ro resurgant mortui· & moyses ostendit se
cus rubum· sicut dicit· dnm̄ dm̄ abraham·
& dm̄ isaac· & dm̄ iacob· Ds autem non est
mortuorum· sed uiuorum· Omnes enim ui
uunt ei· Respondentes autem quidam scri
barum: dixerunt· Magister· bene dixisti·
L·cclxiiii· mt·ccxxvi· mr·cxxxiii· Et amplius non audebant eum quicquā inter
rogare· Dixit autem adillos· Quomodo
L·cclxv· mt·ccxxv· mr·cxxxiiii· dicunt xpm̄· filium dauid esse· Et ipse dauid
dicit inlibro psalmorum· Dixit dns̄ dn̄o meo·
sede adextris meis· donec ponā inimicos tu
os· scabellum pedum tuorum· Dauid ergo
dnm̄ illum uocat· & quomodo filius eius est·
L·cclxvi· mt·ccxxviii· mr·cxxxv· Audiente autem omni populo· dixit discipu

lis suis. Adtendite a scribis qui nolunt ambu
lare in stolis & amant salutationes in foro &
primas cathedras in synagogis & primos discu
L. ccxlvii · VIIII · m. cxxxvi · bitus in conuiuiis. Qui deuorant domos
uiduarum· simulantes longam orationem.
Hi accipient damnationem maiorem. Respi
ciens autem uidit eos qui mittebant munera
sua in gazophilacium diuites. Uidit autem
& quandam uiduam pauperculam mittentem
aera minuta duo & dixit. Uere dico uobis q(ui)a
uidua haec pauper plusquam omnes misit.
Nam omnes hi ex abundanti sibi miserunt in
munera d(e)i. Haec autem ex eo quod deest illi
omnem uictum suum quem habuit misit.
L. ccxlviii · II · m. ccxlii · m. cxxxvii · Et quibusdam dicentibus de templo quod la
pidibus bonis & donis ornatum esset dixit.
Haec quae uidetis uenient dies in quibus non re
linquetur lapis super lapidem qui non destru
L. ccxlviiii · II · m. ccxliii · m. cxxxviii · atur. Interrogauerunt autem illum di
centes. Praeceptor quando haec erunt. Et

quod signum cum fieri incipient? Qui dixit·
Uidete ne seducamini· Multi enim uenient in
nomine meo· dicentes· quia ego sum· & tempus
appropinquabit· Nolite ergo ire post illos·
Cum autem audieritis proelia & seditiones noli
te terreri· Oportet primum haec fieri· sed non
statim finis· Tunc dicebat illis· Surget gens
contra gentem· & regnum aduersus regnum·
& terrae motus magni erunt per loca· & pesti
lentiae & fames· terroresq; de caelo· & signa ma
L·ccl· II m·ccxliiii· mr·cxxxviiii· lo·cxli gna erunt· Sed ante haec omnia· inicient
uobis manus suas· & persequentur uos· traden
tes in synagogas & custodias· trahentes ad reges
& praesides· propter nomen meum· Continget
L·ccli· II m·lxxxviii· io·cxli· autem uobis in testimonium· Ponite ergo
in cordibus uestris non praemeditari quemadmo
dum respondeatis· Ego enim dabo uobis os &
sapientiam· cui non poterunt resistere & con
tradicere· omnes aduersarii uestri· Trademini
autem a parentibus & fratribus· & cognatis· & a

meis· & morte afficient ex uobis· Et eritis odio
omnibus· propter nomen meum· Et capillus
de capite uro non peribit· In patientia ura· pos
L·cclii· X Sol sidebitis animas uras· **C**um autem uideritis
circumdari ab exercitu ierusalem· tunc scitote·
L·ccliii· II mt·ccxlviii· mr·cxlii· quia appropinquabit desolatio eius· **T**unc
qui in iudaea sunt fugiant in montes· & qui in
medio eius· discedant· Et qui in regionibus· non
intrent in eam· quia dies ultionis hi sunt· ut im
L·ccliiii· II mt·ccxlviiii· mr·cxliiii· pleantur omnia quae scripta sunt· **U**ae aut
pregnantibus & nutrientibus· in illis diebus·
L·cclv· II mt·ccl· mr·cxlv· **E**rit enim pressura magna super terram· & ira
L·cclvi· X Sol populo huic· **E**t cadent ore gladii· & capti
ui ducentur in omnes gentes· Et ierusalem cal
cabitur a gentibus· donec impleantur tempo
L·cclvii· II mt·cclviii· mr·cl· ra nationum· **E**t erunt signa in sole & luna
& stellis· & in terris pressura gentium· prae con
fusione sonitus maris & fluctuum· Arescenti
bus hominibus prae timore & expectatione·
quae super uenient uniuerso orbi· Nam uir

L. cclviii. II. cn. cclviiii. cn. clx.

tutes caelorũ mouebuntur· Et tunc uide
bunt filium hominis uenientem innube· cũ
potestate magna & maiestate· his autem fie
ri incipientibus respicite & leuate capita ur̄a·
quō appropinquat redemptio ur̄a· Et dixit
illis similitudinem· Uidete ficulneam & om̄s
arbores cum producunt iam ex se fructum·
scitis· quō prope est aestas· Ita & uos cum ui
deritis haec fieri· scitote· quō prope est regnũ
dī· Amen dico uobis· quia non praeteribit ge
neratio haec· donec omnia fiant· Caelum & ter
ra transibunt· uerba autem mea non transibunt·

L. cclviiii. ✠ S o l

Adtendite autem uobis· ne forte grauentur
corda ur̄a incrapula & ebrietate· & curis huius
uitae· & super ueniat in uos repentina dies il
la· Tamquam laqueus enim super ueniet in o
mnes· qui sedent super faciem omnis terrae·
Uigilate itaq· omni tempore orantes· ut digni
habeamini fugere ista omnia quae futura sunt·
& stare ante filium hominis· Erat autem die

bus docens in templo · noctibus uero exiens mo
rabatur in monte · qui uocatur oliueti · Et o
mnis populus manicabat ad eum in templo ·
AUDIRE EUM ·

L · cclx ·
M · cclxxiiii ·
Mr · clvi ·
Io · xx ·

ADPROPINQUA XVIIII ·
bat autem dies festus azimorum ·
qui dicitur pascha · Et quę

L · cclxi ·
M · ccxx ·
Mr · cxxviii ·
Io · lxxvii ·

rebant principes sacerdotum & scribae · quo
mo eum interficerent · Timebant uero ple
bem · Intrauit autem satanas in iudā qui

L · cclxii ·
Io · cxii ·
& cxxiii ·

cognominatur scarioth · unum de duodecim ·
Et abiit · & locutus est cum principibus sacerdo

L · cclxiii ·
M · cclxxviii ·
Mr · clx ·

tum & magistratibus · quemadmodum illum
traderet eis · Et gauisi sunt · & pacti sunt pecu
niam illi dare · Et spopondit · Et quaerebat o
portunitatem · ut traderet illum sine turbis ·
Uenit autem dies azimorum · in qua necesse erat
occidi pascha · & misit petrum & iohannem dicens ·
Euntes parate nobis pascha · ut manducemus ·
At illi dixerunt · Ubi uis paremus · Et dixit ad

eos. Ecce introeuntibus uobis in ciuitatem. oc
curret uobis homo amphoram aquae portans.
sequimini eum in domum in quam intrat. & di
cetis patrifamilias domus. Dicit tibi magister.
ubi est diuersorium. ubi pascha cum discipulis
meis manducem. Et ipse uobis ostendet cena
culum magnum stratum. & ibi parate. Euntes
autem inuenerunt sicut dixit illis. & parauerunt
runt pascha. Et cum facta esset hora discu
L. cclxiiii. X Sol. buit. & duodecim apl̄i cum eo. Et ait illis.
D esiderio desideraui hoc pascha manducare uobis
L. cclxv. T III M. cclxxxv. IO. clxvi. cum. ante quam patiar. Dico enim uobis.
quia ex hoc non manducabo illud. donec imple
atur in regno dī. Et accepto calice. gratias egit.
& dixit. Accipite. & diuidite inter uos. Dico
enim uobis. quod non bibam de generatione
L. cclxvi. T I M. cclxxxiiii. MR. clxi. IO. lxv. lxv. & lxvii. uitis. donec regnum dī ueniat. Et accepto.
pane. gratias egit. & fregit. & dedit eis dicens.
H oc est corpus meum. quod ꝓ uobis datur. hoc fa
L. cclxvii. T II M. cclxxxv. MR. clxvi. cite in meam commemorationem. Simili

ter & calicem · postquam caenauit dicens · hic
est calix nouum testamentum in sanguine meo ·
L · cclxvii · II m · cclxxxi · m · clxii · qui pro uobis fundetur · Uerumtamen · ecce
manus tradentis mecum est in mensa · Et qui
dem filius hominis · secundum quod definitum
est uadit · Uerumtamen uae illi homini per quem
L · cclxviii · I m · cclxx · m · clxi · Io · cxcii · traditur · Et ipsi coeperunt · quaerere inter
se · quis esset ex eis · qui hoc facturus esset ·
L · cclxx · II m · cciii · m · cxiiii · Facta est autem & contentio inter eos · quis eorum
uideretur esse maior · Dixit autem eis · Reges
gentium dominantur eorum · & qui potestatem
habent super eos · benefici uocantur · Uos autem
non sic · Sed qui maior est in uobis · fiat sicut iu
nior · Et qui praecessor est · sicut ministrator ·
Nam quis maior est qui recumbit · an qui mini
strat · nonne qui recumbit · Ego autem in medio
uestrum sum · sicut qui ministrat · Uos autem estis ·
ibimus? Uerba uitae aeternae habes. & nos
credidimus & cognouimus. quia tu es xpc
Io. lxxv. X Sol filius di. Respondit eis ihc. Non ne ego
uos duodecim elegi. & unus ex uobis diabo
lus est? Dicebat autem iudam simonis sca
riothen. hic enim erat traditurus eum.
cum esset unus ex duodecim.

POST HAEC AM
bulabat ihc in galilea. non
enim uolebat in iudaea ambula
re. quia quaerebant eum iudaei interfi
cere. Erat autem in proximo dies festus

iudaeorum· scenophegia· Dixerunt autem
ad eum fratres eius· Transi hinc & uade in
iudaeam· ut & discipuli tui uideant opera
tua quae facis· Nemo quippe in occulto
quid facit· & quaerit ipse in palam esse· Si
haec facis· manifesta te ipsum mundo· Neq;
enim fratres eius credebant in eum· Dicit
ergo eis ihc· Tempus meum nondum ad
uenit· tempus autem u̅r̅m semper est pa
ratum· Non potest mundus odisse uos·
me autem odit· quia ego testimonium p̲
hibeo de illo· quia opera eius mala sunt· Uos
ascendite ad diem festum hunc· ego nondū
ascendo ad diem festum istum· quia meum
tempus nondum impletum est· haec cum
dixisset· ipse mansit in galilea· Ut autē ascen
derunt fratres eius· tunc & ipse ascendit ad
diem festum· non manifeste· sed quasi in oc
culto· Iudaei ergo quaerebant eum in die fe
sto· & dicebant· Ubi est ille· Et murmur

multus de eo erat in turba. Quidam enim di
cebant: quia bonus est. Alii autem dicebant:
non; sed seducit turbas. Nemo tamen lo
quebatur palam de illo: propter metū iudę
orum. Iam autē die festo mediante: ascen
dit ihc in templum & docebat. Et miraban
tur iudaei dicentes: Quomodo hic litteras scit:
cum non didicerit? Respondit eis ihc & dixit:
M ea doctrina non est mea: sed eius qui misit me.
S i quis uoluerit uoluntatem eius facere: cogno
scet de doctrina utrum ex dō sit: an ego a me
ipso loquar. Qui a semet ipso loquitur: gloriā
propriam quaerit. Qui autem quaerit glori
am eius qui misit illum: hic uerax est & in
iustitia in illo non est. Nonne moyses dedit
uobis legem: & nemo ex uobis facit legem?
quid me quaeritis interficere? Respondit
turba & dixit. Daemonium habes: quis te
quaerit interficere? Respondit ihc & dixit
eis. Unum opus feci & omnes miramini. Pro

pterea moyses dedit uobis circumcisionem ·
non quia ex moyse est · sed ex patribus · & in
sabbato circumciditis hominem ' Si circum
cisionem accipit homo in sabbato ut non sol
uatur lex moysi · mihi indignamini quia to
tum hominem sanum feci in sabbato ? Nolite
iudicare secundum faciem · sed iustum iudici
um iudicate ' Dicebant ergo quidam ex iero
solimis ' Nonne hic est quem quaerunt in
terficere ? Ecce palam loquitur · & nichil ei di
cunt · Numquid uere cognouerunt principes
quia hic xpc ? Sed hunc scimus unde sit ' Xpc
autem cum uenerit · nemo scit unde sit '

Io · lxxvi · ~~ mt · cxii · mr · cxxviiii · L · cclvi ·

Clamabat ergo docens in templo ihc · & dicens '
Et me scitis & unde sim scitis · & a me ipso non
ueni · sed est uerus qui misit me · quem uos ne
scitis ' Ego scio eum · quia ab ipso sum · & ipse

Io · lxxvii · ~~ mt · ccxc · mr · cxxviiii · L · cclvi ·

me misit ' Quaerebant ergo eum apprehen
dere · & nemo misit in illum manus · quia non

Io · lxxviii · ~~ X

dum uenerat hora eius ' De turba autem

multi crediderunt in eum · & dicebant xp̄c
cum uenerit · numquid plura signa faciet ·
quam quae hic facit · Audierunt pharisaei
Io · lxxviiii · I · m̄ · ccc · m̄r · clxxxi · L · cclxxxv · turbam murmurantem de illo haec · Et
miserunt principes & pharisaei ministros ·
Io · lxxx · X sol · ut apprehenderent eum · Dixit ergo ihc ·
Adhuc modicum tempus uobiscum sum · &
Io · lxxxi · X sol uado ad eum qui misit me · Quaeretis
me & non inuenietis · & ubi sum ego · uos n̄
potestis uenire · Dixerunt ergo iudaei ad
semet ipsos · Quo hic iturus est · quia non in
ueniemus eum · Numquid in dispersionem
gentium iturus est · & docturus gentes · Quis
est hic sermo quem dixit · quaeretis me &
non inuenietis · & ubi sum ego · uos non pote
stis uenire · In nouissimo autem die magno
festiuitatis · stabat ihc · & clamabat dicens ·
Si quis sitit · ueniat ad me & bibat · Qui credit
in me · sicut dicit scriptura · flumina de uen
tre eius fluent aquae uiuae · hoc autē dixit

de spu̅ · quem accepturi erant credentes in eu̅ ·
Nondum enim erat sp̅s datus · quia ih̅c non
Io. lxxxii. V m̅t. cxx. dum fuerat glorificatus · Ex illa ergo
turba cum audissent hos sermones · dicebant ·
hic est uere propheta · Alii dicebant · hic est
Io. lxxxiii. V m̅t. v. xp̅c · Quidam autem dicebant · Num
quid a galilea xp̅c uenit ? Nonne scriptura
dicit · quia ex semine dauid · & de bethleem
Io. lxxxiiii. X so l. castello ubi erat dauid · uenit xp̅c ? Dis
sensio itaq; facta est in turba · propter eu̅ ·
Io. lxxxv. I m̅r. ccxx. m̅t. cxxviii. L. cclii. Quidam autem ex ipsis uolebant apprehen
dere eum · sed nemo misit super illum ma
Io. lxxxvi. X so l. nus · Uenerunt ergo ministri ad ponti
fices & pharisaeos · & dixerunt eis illi · Quare
non adduxistis eum ? Responderunt mini
stri · Numquam sic locutus est homo · sicut
hic homo · Responderunt ergo eis phari
saei · Numquid & uos seducti estis ? Num
quid aliquis ex principibus credidit in eum ·
aut ex pharisaeis ? Sed turba haec · quę non

nouit legem · maledicti sunt · Dicit nicodemus
ad eos ille qui uenit ad eum nocte · qui erat
unus ex ipsis · Numquid lex nr̄a iudicat
hominem · nisi audierit ab ipso prius · & co
gnouerit quid faciat · Responderunt & di
xerunt ei · Numquid & tu galileus es · Scru
tare & uide · quia propheta a galilea non sur
git · Et reuersi sunt unusquisq· in domum
suam · Ih̄s autem perrexit in montem oli
ueti · & diluculo iterum uenit in templum ·
E t omnis populus uenit ad eum · & sedens do
cebat eos · A dducunt autem scribae & pha
risaei mulierem in adulterio deprehensam ·
& statuerunt eam in medio · & dixerunt ei ·
M agister · hęc mulier modo deprehensa est in
adulterio · In lege autem moyses mandauit
nobis · huiusmodi lapidare · Tu ergo quid
dicis · Haec autem dicebant temptantes eū
ut possent accusare eum · Ih̄s autem incli
nans se deorsum · digito scribebat in terra ·

C um autem perseuerarent interrogantes eum·
erexit se· & dixit eis· Qui sine peccato est ue
strum· primus in illam lapidem mittat· Et
iterum se inclinans· scribebat in terra· Audi
entes autem· unus post unum exiebant· in
cipientes a senioribus· Et remansit solus· &
mulier in medio stans· Erigens autem se ihc·
dixit ei· Mulier· ubi sunt qui te accusabant?
N emo te condemnauit? Quae dixit· Nemo
dne· Dixit autem ihc· Nec ego te condem
nabo· Uade· & amplius iam noli peccare· Ite
rum ergo locutus eis ihc dicens· Ego sum lux
mundi· Qui sequitur me· non ambulabit
in tenebris· sed habebit lucem uitae· Dixerunt
ergo ei pharisaei· Tu de te ipso testimonium
perhibes? Testimonium tuum non est uerū·
R espondit ihc· & dixit eis· Et si ego testimoni
um perhibeo de me ipso· uerum est testimo
nium meum· quia scio unde ueni· & quo ua
do· Uos autem nescitis unde uenio· aut quo

uado· Uos secundum carnem iudicatis· ego
non iudico quemquam· Et si iudico ego· iu
dicium meum uerum est· quia solus non
sum· sed ego & qui me misit pater· Et in le
ge ura scriptum est quia duorum hominum testi
monium uerum est· Ego sum qui testimonium per
hibeo de me ipso· & testimonium perhib&
de me· qui misit me pater· Dicebant ergo
lo· lxxxvii· ei· Ubi est pater tuus· Respondit ihs·
m· cxii·
l· cxviiii· Neq; me scitis· neq; patrem meum· Si me sci
retis· forsitan & patrem meum sciretis·
lo· lxxxviii· m· ccxx· m· cxxviiii· & cxcii· l· ccxxxviiii· & ccxlii· Haec uerba locutus est in gazophilacio· docens
in templo· Et nemo apprehendit eum· quia
necdum uenerat hora eius·



lo· lxxxviiii· DIXIT ERGO VIII·
iterum eis ihs· Ego uado· & quae
ritis me· & in peccato uestro mo
riemini· Quo ego uado· uos non potestis ue
nire· Dicebant ergo iudaei· Numquid in
terficiet semetipsum· quia dicit· quo ego

uado· uos non potestis uenire. Et dicebat eis·
U os de deorsum estis· ego de supernis sum·
U os de mundo hoc estis· ego non sum de hoc
mundo· Dixi ergo uobis· quia moriemini
in peccato uro· Dicebant ergo ei· Tu quis es·
D ixit eis ihc· Principium· qui & loquor uo
bis· Multa habeo de uobis loqui & iudica
re· sed qui misit me uerax est· Et ego quae
audiui ab eo· haec loquor in mundo· Et n
cognouerunt· quia patre eis dicebat dm·
D ixit ergo eis ihc· Cum exaltaueritis filium
hominis· tunc cognoscetis quia ego sum·
& a me ipso facio nichil· sed sicut docuit me
pater haec loquor· Et qui misit me mecum
est· & non reliquit me solum· quia ego quę
placita sunt ei· facio semper· haec illo lo
quente· multi crediderunt in eum· Dice
bat ergo ihc ad eos· qui crediderunt ei iudę
os· Si uos manseritis in sermone meo· uere
discipuli mei eritis· & cognoscetis ueritate·

& ueritas liberabit uos. Responderunt ei Se
men abrahae sumus. & nemini seruiuimus
umquam. Quomodo tu dicis. liberi eritis. Re
spondit eis ihc. Amen amen dico uobis quia
omnis qui facit peccatum. seruus est pecca
ti. Seruus autem non manet in domo in aeter
num. filius manet in aeternum. Si ergo fili
us uos liberauerit. uere liberi eritis. Scio
quia filii abrahae estis. sed quaeritis me inter
ficere. quia sermo meus non capit in uobis.
Ego quod uidi apud patrem loquor. & uos quae
uidetis apud patrem urm faciatis. Respon
derunt & dixerunt ei. Pater noster abraham
est. Dicit eis ihc. Si filii abrahae estis. opera
abrahae facite. Nunc autem quaeritis me
interficere. hominem qui ueritatem locutus
sum uobis. quam audiui a dō. hoc abraham
non fecit. uos facitis opera patris uri. Dixe
runt itaq. ei. Nos ex fornicatione non sumus
nati. unum patrem habemus dm. Dixit er

go eis ihc̄ · Si ds̄ pater uester esset · diligeretis
utiq; me · Ego enim ex dō processi & ueni ·
N eq; enim a me ipso ueni · sed ille me misit ·
Q uare loquelam meam non cognoscitis? quia
non potestis audire sermonem meum · Uos
ex patre diabolo estis · & desideria patris urī
uultis facere · Ille homicida erat ab initio ·
& in ueritate non stetit · quia non est ueri
tas in eo · Cum loquitur mendacium · ex pro
priis loquitur · quia mendax est · & pater
eius · Ego autem quia ueritatem dico · non
creditis michi · Quis ex uobis arguit me de
peccato? Si ueritatem dico · quare uos non
creditis michi? Qui est ex dō · uerba dī audit ·
P ropterea uos non auditis · quia ex do n̄ estis ·
R esponderunt igitur iudaei · & dixerunt ei ·
N on ne bene dicimus nos · quia samaritanus
es tu · & doemonium habes? Respondit ihc̄ ·
E go doemonium non habeo · sed honorifico
patrem meum · & uos inhonorastis me · Ego

autem non quaero gloriam meam· est qui
quaerat & iudicet· Amen amen dico uobis
siquis sermonem meum seruauerit· mortē
non uidebit inaeternum· Dixerunt ergo iu
daei· Nunc cognouimus· quia daemonium
habes· Abraham mortuus est & prophetae·
& tu dicis· siquis sermonem meum seruaue
rit· non gustabit mortem inaeternum· Nū
quid tu maior es patre nr̄o abraham· qui
mortuus est· & prophetae mortui sunt· quē
te ipsum facis· Respondit ih̄c· Si ego glori
fico me ipsum· gloria mea nichil est· Est
pater meus qui glorificat me· quem uos
dicitis quia ds̄ noster est· & non cognouistis
eum· Ego autem noui eum· Et si dixero
quia non scio eum· ero similis uobis men
dax· Sed scio eum· & sermonem eius seruo·
Abraham pater uester exultauit ut uideret·
diem meum· et uidit· & gauisus est· Dixe
runt ergo iudaei ad eum· Quinquaginta

annos non dum habes· & abraham uidisti?
D ixit eis ihc· Amen amen dico uobis ante
quam abraham fieret· ego sum· Tulerunt
ergo lapides ut iacerent in eum· Ihc autem
abscondit se· & exiuit de templo·
Et praeteriens· uidit hominem caecum a nati
uitate· Et interrogauerunt eum discipuli
sui· Rabbi· quis peccauit hic aut parentes eius·
ut caecus nasceretur· Respondit ihc· Neque
hic peccauit· neq· parentes eius· sed ut mani
festentur opera di in illo· Me oportet opera
ri opera eius qui misit me· donec dies est· Ue
nit nox· quando nemo potest operari· Quã
diu in mundo sum· lux sum mundi· haec
cum dixisset expuit in terram· & fecit lutũ
ex sputo· & liniuit lutum super oculos eius·
& dixit ei· Uade laua in natatoria siloae· qd
interpretatur missus· Abiit ergo & lauit·
& uenit uidens· Itaq· uicini & qui uidebant
eum prius quia mendicus erat· dicebant·

Nonne hic est qui sedebat & mendicabat? Alii
dicebant quia hic est. alii autem nequaquã.
sed similis est eius. Ille uero dicebat quia ego
sum. Dicebant ergo ei. Quomodo aperti sunt
tibi oculi? Respondit. Ille homo qui dicitur
ihc. lutum fecit & inunxit oculos meos & dix̄
michi. Uade ad natatoriam siloae & laua.
Et abii & laui & uidi. Et dixerunt ei. Ubi est
ille? Ait. Nescio. Adducunt eum ad phari
saeos qui caecus fuerat. Erat autem sabbatũ
quando lutum fecit ihc & aperuit oculos eius.
Iterum ergo interrogabant eum pharisaei.
quomodo uidisset. Ille autem dixit eis. Lu
tum posuit michi super oculos & laui & ui
deo. Dicebant ergo ex pharisaeis quidam.
Non est hic homo a dō qui sabbatum non cu
stodit. Alii dicebant. Quomodo potest ho
mo peccator haec signa facere? Et scisma erat
inter eos. Dicunt ergo caeco iterum. Tu quid di
cis de eo qui aperuit oculos tuos? Ille autē

dixit · Quia propheta est · Non crediderunt
ergo iudei de illo quia caecus fuisset & uidis
set · donec uocauerunt parentes eius qui ui
derat · & interrogauerunt eos dicentes · hic
est filius uester quem uos dicitis quia caecus
natus est · quomodo nunc ergo uidet · Re
sponderunt eis parentes eius · & dixerunt ·
S cimus quia hic est filius noster · & quia caecus
natus est · Quomodo autem nunc uideat ne
scimus · aut quis eius aperuit oculos nos nesci
mus · Ipsum interrogate · aetatem habet · ipse
de se loquatur · haec dixerunt parentes eius ·
quia timebant iudaeos · Iam enim conspira
uerant iudaei · ut si quis eum confiteretur xp̄m ·
extra synagogam fieret · Propterea parentes
eius dixerunt · quia aetatem habet · ipsum in
terrogate · Uocauerunt ergo rursum hominē
qui caecus fuerat · & dixerunt ei · Da gloriam
dō · nos scimus · quia hic homo peccator est ·
D ixit ergo ille · Si peccator est nescio · unū scio ·

quia caecus cum essem modo uideo. Dixerunt
ergo illi. Quid fecit tibi. quomodo aperuit
tibi oculos? Respondit eis. Dixi uobis iam &
audistis. quid iterum uultis audire? Num
quid & uos uultis discipuli eius fieri? Maledi
xerunt ei. & dixerunt. Tu discipulus illius
sis. nos autem moysi discipuli sumus. Nos sci
mus quia moysi locutus est ds. hunc autem nesci
mus unde sit. Respondit ille homo. & dixit
eis. In hoc enim mirabile est. quia uos nesci
tis unde sit. & aperuit oculos meos. Scimus
autem. quia peccatores ds non audit. sed si
quis di cultor est & uoluntatem eius facit.
hunc exaudit. A saeculo non est auditum quia
aperuit quis oculos caeci nati. Nisi esset hic
a do. non poterat facere quicquam. Respon
derunt & dixerunt ei. In peccatis natus es
totus. & tu doces nos? Et eiecerunt eum fo
ras. Audiuit ihs quia eiecerunt eum foras.
& cum inuenisset eum. dixit ei. Tu credis in

filium di. Respondit ille & dixit. Quis est
dne. ut credam in eum. Et dixit ei ihc. Et ui
disti eum. & qui loquitur tecum. ipse est. At
ille ait. Credo dne. Et procidens adorauit eu.
Et dixit ei ihc. In iudicium ego in hunc mun
dum ueni. ut qui non uident uideant. & qui
uident caeci fiant. Et audierunt ex pharisae
is qui cum ipso erant. & dixerunt ei. Num
quid & nos caeci sumus. Dixit eis ihc. Si caeci
essetis. non haberetis peccatum. Nunc uero
dicitis quia uidemus. peccatum uestrum
MANET.

AMEN AMEN .VIIII.

dico uobis. qui non intrat p
hostium in ouile ouium. sed
ascendit aliunde. ille fur est & latro. Qui
autem intrat per ostium. pastor est ouium.
Huic ostiarius aperit. & oues uocem eius audi
unt. Et proprias oues uocat nominatim. &

educit eas. Et cum proprias oves emiserit an
te eas uadit. & oues illum sequuntur. quia sciunt
uocem eius. Alienum autem non sequuntur.
sed fugiunt ab eo. quia non nouerunt uocē
alienorum. hoc prouerbium dixit eis ihc.
Illi autem non cognouerunt. quid loqueret
eis. Dixit ergo eis iterum ihc. Amen amen
dico uobis. quia ego sum ostium ouium.
Omnes quotquot uenerunt. fures sunt & la
trones. sed non audierunt eos oues. Ego sum
ostium. per me siquis introierit saluabitur
& ingredietur. & egredietur. & pascua inueniet.
Fur non uenit nisi ut furetur. & mactet. & per
dat. Ego ueni ut uitam habeant. & abundan
tius habeant. Ego sum pastor bonus.
Bonus pastor. animam suam dat pro ouibus
suis. Mercennarius & qui non est pastor. cuius
non sunt oues propriae. uidet lupum uenien
tem. & dimittit oues & fugit. Et lupus rapit.
& dispergit oues. Mercennarius fugit. quia

mercennarius est & non pertinet ad eum de
ouibus Ego sum pastor bonus & cognosco
lo.xc. III m.cxii L.cxviii meas & cognoscunt me meae Sicut no
uit me pater & ego agnosco patrem
lo.xci. III m.cciii m.cxv Et animam meam pono pro ouibus meis
lo.xcii. X S o L Et alias oues habeo quae non sunt ex hoc ouili
& illas oportet me adducere & uocem meā au
dient Et fiet unum ouile & unus pastor
Propterea me pater diligit quia ego pono ani
mam meam ut iterum sumam eam Nemo
tollit eam a me sed ego pono eam a me ipso
Potestatem habeo ponendi eam & potestatem
habeo iterum sumendi eam hoc mandatū
accepi a patre meo Dissensio iterum facta est
inter iudaeos propter sermones hos Dicebant
autem multi ex ipsis Daemonium habet &
insanit quid eum auditis Alii dicebant haec
uerba non sunt daemonium habentis Nū
quid daemonium potest caecorum oculos
aperire Facta sunt autem encenia in iero

solimis · & hiems erat · Et ambulabat ih̄c in
templo · in porticu salomonis · Circumdede
runt ergo eum iudaei · & dicebant ei · Quousq·
animam nr̄am tollis · Si tu es xp̄c · dic nobis
palam · Respondit eis ih̄c · Loquor uobis · &
non creditis · Opera quae ego facio innomi
ne patris mei · haec testimonium perhibent
de me · Sed uos non creditis quia non estis
ex ouibus meis · Oues meae · uocem meam au
diunt · Et ego cognosco eas · & secuntur me ·
Et ego uitam aeternam do eis · & non peribunt
in aeternum · & non rapiet eas quisquam de
manu mea · Pater meus quod dedit mihi ·
maius omnibus est · Et nemo potest rapere
de manu patris mei · Ego & pater unum su
mus · Sustulerunt lapides iudaei · ut lapida
rent eum · Respondit eis ih̄c · Multa opera
bona ostendi uobis ex patre meo · propter
quod eorum opus me lapidatis · Responde
runt ei iudaei · De bono opere non lapidamus

te · sed de plasphemia · Et quia tu homo cum
sis · facis te ipsum dm̄ · Respondit eis ihc̄ · Non
ne scriptum est in lege ur̄a · quia ego dixi · di
estis · Si illos dixit deos ad quos sermo di factus
est · & non potest solui scriptura · quem pater
scificauit & misit in mundum · uos dicitis ·
quia blasphemas · quia dixi filius di sum · Si
non facio opera patris mei · nolite credere mi
chi · Si autem facio · & si michi non uultis cre
dere · operibus credite · Ut cognoscatis & cre
datis · quia in me est pater · & ego in patre ·
lo · xciii · IIII cn · cxvii · cn · xxvi · Quaerebant eum apprehendere · & exiuit de
manibus eorum · Et abiit iterum trans ior
danen · in eum locum ubi erat iohannes ba
lo · xciiii · X Sol ptizans primum · & mansit illic · Et mul
ti uenerunt ad eum · & dicebant · Quia iohan
nes quidem signum fecit nullum · Omnia
autem quaecumq · dixit iohannes de hoc · ue
ra erant · Et multi crediderunt in eum ·
Erat autem quidam languens lazarus a betha

nia· de castello mariae & marthae sororis eius·

M aria autem erat quae unxit dnm unguento·

& extersit pedes eius capillis suis· cuius frater

Lazarus infirma ·Miserunt ergo sorores

eius ad eum· dicentes· Dne· ecce quem amas·

infirmatur· Audiens autem ihs· dixit eis·

I nfirmitas haec non est ad mortem· sed pro

gloria di· ut glorificetur filius di per eam·

D iligebat autem ihs martham· & sororem eius

mariam· & Lazarum· Ut ergo audiuit quia

infirmatur· tunc quidem mansit in eodem

loco· duobus diebus· Deinde post haec· dicit

discipulis suis· Eamus in iudaeam iterum·

D icunt ei discipuli· Rabbi· nunc quaerebant

te iudaei lapidare· & iterum uadis illuc· Re

spondit ihs· Nonne duodecim sunt horae

diei· Si quis ambulauerit in die non offendit·

quia lucem huius mundi uidet· Si autem

ambulauerit nocte offendit· quia lux non

est in eo· haec ait· & post hoc dicit eis· Laza

rus amicus noster dormit. sed uado ut a som
no exsuscitem eum. Dixerunt ergo discipu
li eius. Dne. si dormit. saluus erit. Dixerat
autem ihs de morte eius. Illi autem putaue
runt. quia de dormitione somni diceret.
Tunc dixit eis ihs manifeste. Lazarus mortu
us est. & gaudeo propter uos. ut credatis. quo
non eram ibi. sed eamus ad eum. Dixit ergo
thomas qui dicitur didimus ad condiscipu
los. Eamus & nos. ut moriamur cum eo. Ue
nit itaq; ihs. & inuenit eum quattuor dies iam
in monumento habentem. Erat autem betha
nia iuxta ierosolimam. quasi stadiis quinde
cim. Multi autem ex iudaeis uenerant ad mar
tam & mariam. ut consolarentur eas de fratre
suo. Martha ergo ut audiuit quia ihs uenit.
occurrit illi. Maria autem domi sedebat.
Dixit ergo martha ad ihm. Dne. si fuisses hic.
frater meus non fuisset mortuus. Sed & nunc
scio. quia quaecumq; poposceris a do. dabit

tibi ds̄. Dicit illi ihc̄. Resurget frater tuus.
Dicit ei martha. Scio quia resurget in resurre
tione in nouissima die. Dicit ei ihc̄. Ego
sum resurrectio & uita. Qui credit in me. eti
am si mortuus fuerit. uiuet. Et omnis qui
uiuit & credit in me. non morietur in aeter
num. Credis hoc? At illi. Utiq; dn̄e. Ego
credidi quia tu es xp̄c filius dī uiui. qui in
hunc mundum uenisti. Et cum haec dixis
set. abiit & uocauit mariam sororem suam
silentio. dicens. Magister adest. & uocat
te. At illa ut audiuit. surrexit cito. & uenit
ad eum. Nondum enim uenerat ihc̄ in ca
stellum. sed erat adhuc in illo loco. ubi oc
currerat ei martha. Iudaei igitur qui erant
cum ea in domo. & consolabantur eam. cū
uidissent mariā quia cito surrexit & exiit.
secuti sunt eam dicentes. Quia uadit ad
monumentum. ut ploret ibi. Maria er
go cum uenisset ubi erat ihc̄. uidens eum

cecidit ad pedes eius · & dixit ei · Dn̄e · si fuis
ses hic · non esset mortuus frater meus · Ih̄c
ergo ut uidit eam plorantem · & iudaeos qui
uenerant cum ea plorantes · fremuit sp̄u · &
turbauit se ipsum · & dixit · Ubi posuistis
eum · Dicunt ei · Dn̄e · ueni & uide · Et lacri
matus est ih̄c · Dixerunt ergo iudaei · Ecce
quomodo amabat eum · Quidam autem
dixerunt ex ipsis · Non poterat hic qui aper
uit oculos caeci · facere ut & hic non more
retur · Ih̄c ergo rursum fremens in semet i
pso · uenit ad monumentum · Erat autem
spelunca · & lapis super positus erat ei · Ait
ih̄c · Tollite lapidem · Dicit ei martha · soror
eius qui fuerat mortuus · Dn̄e · iam fetet ·
quadriduanus enim est · Dicit ei ih̄c · Non
ne dixi tibi · quō si credideris · uidebis glori
am dī · Tulerunt ergo lapidem · Ih̄c autē
eleuatis sursum oculis · dixit · Pater grati
as ago tibi · quō audisti me · Ego autē scie

bam · quia semper me audis · Sed propter po
pulum qui circumstat dixi · ut credant q̄a
tu me misisti · haec cum dixisset · uoce ma
gna clamauit · Lazare · ueni foras · Et statim
prodiit qui fuerat mortuus · ligatus pedes
& manus institis · & facies illius sudario erat
ligata · Dicit eis ihc̄ · Soluite eum · & sinite ab
ire · Multi ergo ex iudaeis qui uenerant ad
mariam & uiderant quae fecit · crediderunt
in eum · Quidam autem ex ipsis abierunt
ad pharisaeos · & dixerunt eis quae fecit ihc̄ ·
C ollegerunt ergo pontifices & pharisaei con
cilium · & dicebant · Quid facimus quia hic
homo multa signa facit · Si dimittimus eū
sic omnes credent in eum · Et uenient ro
mani · & tollent nr̄m · & locum & gentem ·
U nus autem ex ipsis caiphas · cum esset ponti
fex anni illius · dixit eis · Uos nescitis quic
quam · nec cogitatis · quia expedit nobis ut
unus moriatur homo pro populo · & non to

ta gens pereat· Hoc autem a semetipso non
dixit· sed esset pontifex anni illius· prophe
tauit quia ihc moriturus erat pro gente· &
non tantum pro gente· sed & ut filios di qui
lo·xcvi· IIII m·cxvii· m·xxvi· erant dispersi· congregaret in unum· Ab il
lo ergo die cogitauerunt· ut interficerent
eum· Ihc ergo· iam non in palam ambula
bat apud iudaeos· sed abiit in regionem iuxta
desertum· in ciuitatem quae dicitur effrem·
Et ibi demorabatur· cum discipulis
S U I S·

PROXIMUM X

lo·xcvii· I m·cclxxxiii· m·clvi· l·cclx· autem erat pascha iudaeorum·
lo·xcviii· X S o L Et ascenderunt multi ieroso
limam de regione ante pascha· ut sanctifica
rent se ipsos· Quaerebant ergo ihm· & col
loquebantur ad inuicem in templo stantes·
Quid putatis quia non uenit ad diem festū·
Dederant autem pontifices & pharisaei man
datum· ut si quis cognouerit ubi sit· indic&·

Io · xcvIII · I · m · cclxxvI · mr · clvIII · L · lxxIII ·

ut apprehenderent eum · Ihc ergo ante sex
dies paschae · uenit bethaniam ubi fuerat
lazarus mortuus · quem suscitauit ihc ·
Fecerunt autem ei cenam ibi · & martha mi
nistrabat · Lazarus uero · unus erat ex dis
cumbentibus cum eo · Maria ergo accepit
libram unguenti nardi pistici pretiosi · un
xit pedes ihu · & extersit capillis suis pedes eius ·
& domus impleta est ex odore unguenti ·
Dicit ergo unus ex discipulis eius iudas scario
thes · qui erat eum traditurus · Quare hoc un
guentum non uenit trecentis denariis · &
datum est egenis · Dixit autem hoc · non
quia de egenis pertinebat ad eum · sed quia
fur erat · & loculos habens · ea quae mittiban
tur portabat · Dixit ergo ihc · Sine illam · ut
in diem sepulturae meae seruet illud · Pauperes
enim semper habetis uobiscum · me autem
non semper habetis · Cognouit ergo tur
ba multa ex iudaeis · quia illic est · Et uene

Io · xcvIIII · x · Sol ·

runt non propter ihm tantum · sed ut lazarū
uiderent · quem suscitauit amortuis · Cogita
uerunt autem principes sacerdotum · ut &
lazarum interficerent · quia multi propter
illum abibant exiudaeis · & credebant in
Io. c. I m. ccxuiiii · m. cxuiiii · l. cclxxuiiii · ihm · In crastinum autem turba multa
quae uenerat addiem festum · cum audis
sent quia uenit ihc ierosolimam · acceperunt
ramos palmarum · & processerunt obuiā ei ·
& clamabant · Osanna · benedictus qui uenit
Io. ci. VII m. ccxii · innomine dni · rex israhel · Et inuenit
ihc asellum · & sedit super eum sicut scriptū
est · Noli timere filia sion · ecce rex tuus ue
Io. cii. X Sol nit · sedens super pullum asinae · Haec nō
cognouerunt discipuli eius primum · sed
quando glorificatus est ihc · Tunc recorda
ti sunt · quia haec erant scripta de eo · & haec
fecerunt ei · Testimonium ergo perhibebat
turba · quae erat cū eo · quando lazarum uo
cauit demonumento · & suscitauit eū amor

tius· Propterea & obuiam uenit ei turba· quia
audierunt eum fecisse hoc signum· pharisaei
ergo dixerunt ad semetipsos· Uidetis quia
nichil proficimus· Ecce mundus totus· post
eum abiit· Erant autem gentiles quidā ex his
qui ascenderant· ut adorarent in die festo·
Hi ergo accesserunt ad philippum· qui erat a
bethsaida galileae· & rogabant eum. dicentes·
Dñe· uolumus ihm̄ uidere· Uenit philippus·
& dicit andreae· Andreas rursum & philip
lo. ciii· III m. ccxcviiii· mr. clxxx· pus· dixerunt ihū· Ihc̄ autem respondit
eis dicens· Uenit hora· ut clarificetur filius
lo. ciiii· X Sol hominis· Amen amen dico uobis· Nisi gra
num frumenti cadens in terra mortuum fu
erit· ipsum solum manet· Si autem mortuum
lo. cv· III m. xcvii· l. ccxi· fuerit· multum fructum affert· Qui amat
animā suam· perdet eam· Et qui odit ani
mam suā in hoc mundo· in uitam aeternam
lo. cvi· X Sol custodit eam· Si quis michi ministrat·
me sequatur· Et ubi sum ego· illic & minis

ster meus erit· Si quis ministrauerit· honori ˙mh·
lo· cxii· IIII mt· ccxcvii· mr· clxxiii· ficabit eum pater meus· Nunc anima mea
turbata est· Et quid dicam? pater· saluifica
lo· cxiiii· X Sol me ex hac hora· Sed propterea ueni in ho
ram hanc· pater· clarifica tuum nomen· Ue
nit ergo uox de caelo· et clarificaui· et iterum
clarificabo· Turba ergo quae stabat et audie
rat· dicebat tonitruum factum esse· Alii dice
bant· angelus ei locutus est· Respondit ihs et
dixit· Non propter me uox haec uenit· sed
propter uos· Nunc iudicium est mundi· nunc
princeps huius mundi eicietur foras· Et ego si
exaltatus fuero a terra· omnia traham ad me
ipsum· hoc autem dicebat· significans qua
morte esset moriturus· Respondit ei turba·
Nos audiuimus ex lege· quia xps manet in ae
ternum· Et quomodo tu dicis· oportet exal
tari filium hominis? Quis est iste filius ho
minis? Dixit ergo eis ihs· Adhuc modicum
lumen in uobis est· Ambulate dum lucem ha

·ha betis · ut non tenebrae uos comprehendant · Et
qui ambulat in tenebris nescit quo uadat ;
D um lucem habetis · credite in lucem · ut filii lu
cis sitis · haec locutus est ihc & abiit · & abscon
dit se ab eis · Cum autem tanta signa fecisset
coram eis non credebant in eum · ut sermo esa
iae prophetae impleretur quem dixit · Dne ·
quis credidit auditui nro · & brachium dni ·
Io · cxiiii · I mt · cxxxiii · mr · xxxvii · L · lxxvii · cui reuelatum est · P ropterea non pote
rant credere · quia iterum dixit esaias ·
E xcecauit oculos eorum · & indurauit eorum
cor · ut non uideant oculis · & intellegant cor
Io · cx · X S o l · de · & conuertantur · & sanem eos · H aec di
xit esaias quando uidit gloriam eius · & locutus
est de eo · Uerumtamen & ex principibus mul
ti crediderunt in eum · sed propter pharisaeos
non confitebantur · ut de synagoga non eice
rentur · Dilexerunt enim gloriam hominu
Io · cxvi · I mt · xcviii · mr · xcvi · L · cxvi · magis · quam gloriam di · I hc autem cla
mauit & dixit · Qui credit in me · non credit

in me · sed in eum qui misit me · Et qui uidet
Io · cxii · x Sal me · uidet eum qui misit me · Ego lux in
mundum ueni · ut omnis qui credit in me · in
tenebris non maneat · Et siquis audierit uerba
mea & non custodierit · ego non iudico eum ·
Non enim ueni · ut iudicem mundum · sed ut sal
uificem mundum · Qui spernit me & non acci
pit uerba mea · habet qui iudicet eum · Sermo
quem locutus sum · ille iudicabit eum in no
uissimo die · Quia ego ex me ipso non sum lo
cutus · sed qui misit me pater · ipse michi man
datum dedit · quid dicam · & quid loquar · Et
scio · quia mandatum eius · uita aeterna est ·
Quae ergo ego loquor · sicut dixit michi pa
ter · sic loquor ·

ANTE DIEM · XI ·
autem festum paschae · sciens
ihc quia uenit eius hora · ut
transeat ex hoc mundo ad patrem · cum dile
xisset suos qui erant in mundo · in finem di

lo. cxiii. VIIII L. cclxii. lexit eos. Et caena facta · cum diabolus iam
misisset in cor · ut traderet eum iudas simonis
lo. cxiiii. III m̄. cxi. L. cxviiii. scariothes. Sciens quia omnia dedit ei pater
in manus & quia a dō exiuit · & ad dm̄ uadit ·
lo. cxv. X Sol. Surgit a caena · & ponit uestimenta sua. Et cū
accepisset linteum · praecinxit se. Deinde mi
sit aquam in peluim · & coepit lauare pedes disci
pulorum · & extergere linteo quo erat praecin
ctus. Uenit ergo ad simonem petrum · & dicit
ei petrus. Dn̄e · tu mihi lauas pedes. Respon
dit ihc̄ · & dixit ei. Quod ego facio tu nescis mo
do · scies autem postea. Dicit ei petrus. Non la
uabis mihi pedes in aeternum. Respondit
ei ihc̄. Si non lauero te · non habebis partē me
cum. Dicit ei simon petrus. Dn̄e · non tantū
pedes meos · sed & manus & caput. Dicit ei ihc̄.
Qui lotus est non indiget nisi ut pedes lauet ·
sed est mundus totus. Et uos mundi estis;
sed non omnes. Sciebat enim quisnam es
set qui traderet eum · propterea dixit non estis

mundi omnes. Postquam ergo lauit pedes
eorum & accepit uestimenta sua. cum recubu
isset iterum. dixit eis. Scitis quid fecerim uo
lo. cxvi. III m. lxiiii. L. lxiii. bis. Uos uocatis me magister & dn̄e. & be
lo. cxvii. X S o L ne dicitis sum etenim. Si ergo ego laui
uros pedes dn̄s & magister. & uos debetis al
ter alterius lauare pedes. Exemplum enim
dedi uobis. ut quemadmodum ego feci uo
lo. cxviii. III m. xc. L. lviii. bis. ita & uos faciatis. Amen amen dico
uobis. non est seruus maior domino suo.
neq; apostolus maior eo qui misit illum. Si
lo. cxviiii. X S o L haec scitis. beati eritis si feceritis ea. Non
de omnibus uobis dico. ego scio quos elege
rim. Sed ut impleatur scriptura. Qui man
ducat mecum panem. leuabit contra me
calcaneum suum. Amodo dico uobis prius
quam fiat. ut credatis cum factum fuerit.
lo. cxx. I mt. xcviii. mr. xcvi. L. cxvi. quia ego sum. Amen amen dico uobis.
qui accipit siquem misero. me accipit. Qui
autem me accipit. accipit eum qui me mi

Io· cxxi· IIII m· cclxxviii· m· clvi· sit· Cum haec dixisset ihc· turbatus e spu &
protestatus est & dixit· Amen amen dico uo
Io· cxxii· m· cclxxx m· clvii· L· cclxviii· bis quia unus ex uobis tradet me· Aspici
ebant ergo adinuicem discipuli· haesitantes
Io· cxxiii· X S a L de quo diceret· Erat ergo recumbens unus
ex discipulis eius in sinu ihu· quem diligebat
ihc· Innuit ergo huic simon petrus & dicit
ei· Quis est de quo dicit· Itaq· cum recubuis
set ille supra pectus ihu· dicit ei· Dne· quis
est· Respondit ihc· Ille est· cui ego intin
Io· cxxiiii· VIIII L· cclxii· ctum panem porrexero· Et cum intin
xisset panem· dedit iudae simonis scario
thi· Et post buccellam· tunc introiuit in
Io· cxxv· X S o L illum satanas· Dicit ei ihc· Quod facis· fac
citius· hoc autem nemo sciuit discumben
tium· ad quid dixerit ei· Quidam autem pu
tabant quia loculos habebat iudas· quia di
cit ei ihc· eme ea quae opus nobis sunt addi
em festum· aut egenis ut aliquid daret·
Cum ergo accepisset ille buccellam· exiuit con
tinuo· Erat autem nox· Cum ergo exisset· dicit ihc·

Nunc clarificatus ē filius hominis· & ds̄ clarifica
tus ē in eo· Si ds̄ clarificatus est in eo· & ds̄ clarifi
cabit eum in semetipso· Et continuo clarifica
bit eum· Filioli· adhuc modicum uobiscum
sum· Quaeretis me· & sicut dixi iudaeis· quo
ego uado· uos non potestis uenire· Et uo
bis dico modo· Mandatum nouum do uo
bis· ut diligatis inuicem· sicut dilexi uos·
ut & uos inuicem diligatis· In hoc cogno
scent omnes quia mei discipuli estis· si dile
lo· cxxvi· I mt̄· cclxxxviii· mr̄· clxv· L· cclxxv· ctionem habueritis ad inuicem· Dicit ei
simon petrus· Dn̄e· quo uadis· Respondit
ih̄c· Quo ego uado· non potes me modo se
qui· sequaeris autem postea· Dicit ei petrus·
Quare non possum te sequi modo· Animā
meam pro te ponam· Respondit ih̄c· Ani
mam tuam pro me ponis· Amen amen di
co tibi· non cantabit gallus· donec me ter
lo· cxxvii· X neges· Et ait discipulis suis· Non turbe
tur cor urm̄· creditis in dm̄· & in me credite·

In domo patris mei mansiones multae sunt.
Si quominus dixissem uobis quia uado para
re uobis locum. Et si abiero et praeparauero
uobis locum. iterum uenio et accipiam uos
ad me ipsum. Ut ubi sum ego et uos sitis.
Et quo ego uado scitis et uiam scitis. Dicit ei
thomas. Domine nescimus quo uadis et quomo
do possumus uiam scire. Dicit ei ihesus. Ego
sum uia et ueritas et uita. Nemo uenit ad pa
trem nisi per me. Si cognouissetis me et pa
trem meum utique cognouissetis. Et amodo cogno
scetis eum et uidistis eum. Dicit ei philip
pus. Domine ostende nobis patrem et suffi
cit nobis. Dicit ei ihesus. Tanto tempore uobis
cum sum et non cognouistis me philippe.
Qui uidet me uidet et patrem. Quomodo tu
dicis ostende nobis patrem. Non credis quia
ego in patre et pater in me est. Uerba quae
ego loquor uobis a me ipso non loquor.
Pater autem in me manens ipse facit opera.

Non creditis quia ego inpatre · & pater inme
est. Alioquin · propter opera ipsa credite.
Amen amen dico uobis qui credit inme · ope
ra quae ego facio · & ipse faciet · & maiora horu
faciet · quia ego ad patrem uado. Et quod
cumq; petieritis innomine meo · hoc faciam.
Ut glorificetur pater in filio · si quid petieritis
patrem innomine meo · hoc faciam. Si diligitis
me · mandata mea seruate. Et ego rogabo pa
trem · & alium paraclitum dabit uobis ut
maneat uobiscum in aeternum · spm ueri
tatis. Quem mundus non potest accipere ·
quia non uidet eum · nec scit eum. Uos autē
cognoscetis eum · quia apud uos manebit · &
in uobis erit. Non relinquam uos orfanos ·
ueniam aduos. Adhuc modicum · & mun
dus iam me non uidet. Uos autem uidetis
me · quia ego uiuo · & uos uiuetis. In illo die
uos cognoscetis · quia ego in patre meo · & uos
in me · & ego in uobis. Qui habet mandata

lo. cxxviiii. iiii
m. ccxvi.
m. cxxv.

mea · & seruat ea · ille est qui diligit me ·

lo · cxxviiii · I · m · xcviii · d · xcvi · l · cxvi · Qui autem diligit me · diligetur · a patre meo ·
& ego diligam eum · & manifestabo ei me i
lo · cxxx · X · Sol · psum · Dicit ei iudas · non ille scariothes ·
Dn̄e · quid factum est quia nobis manifestatu
rus es te ipsum · & non mundo · Respondit
ih̄c · & dixit ei · Si quis diligit me · sermonē
meum seruabit · Et pater meus diliget eum ·
& ad eum ueniemus · & mansionem apud eū
faciemus · Qui non diligit me · sermones me
lo · cxxxi · I · m · xcviii · d · xcvi · l · cxvi · os non seruat · Et sermonem quem audi
stis non est meus · sed eius qui misit me pa
tris · haec locutus sum uobis · apud uos ma
lo · cxxxii · X · Sol · nens · Paraclitus autem sp̄s sc̄s quem mit
tet pater in nomine meo · ille uos docebit o
mnia · & suggeret uobis omnia · quę cumq;
dixero uobis · pacem relinquo uobis · pacem
meā do uobis · Non quomodo mundus dat ·
ego do uobis · Non turbetur cor urm̄ · neq;
formidet · Audistis quia ego dixi uobis · ua

do & uenio ad uos· Si diligeretis me · gaudere
tis itaq· quia ad patrem uado · quia pater
maior me est · Et nunc dixi uobis prius
quam fiat · ut cum factum fuerit credatis·
Iam non multa loquar uobiscum · Uenit enī
princeps mundi huius & in me non habet
quicquam · Sed ut cognoscat mundus quia
diligo patrem · & sicut mandatum dedit
michi pater · sic facio · Surgite eamus

HINC·


GO SUM UI XII·
tis uera · & pater meus agrico
la est · Omnem palmitē in
me non ferentem fructū · tollet eum · Et o
mnem qui fert fructum purgabit eum · ut
fructum plus afferat · Iam uos mundi estis
propter sermonem · quem locutus sum uo
bis · Manete in me · & ego uobis · Sicut pal
mes non potest ferre fructum a semetipso ·
nisi manserit in uite · sic nec uos · nisi in me

manseritis Ego sum uitis uos palmites Qui
manet in me & ego in eo hic fert fructum
multum quia sine me nichil potestis face
re Si quis in me non manserit mittetur
foras sicut palmes & arescet Et colligent eu
lo. cxxxiii. iiii m. ccxvi. m. cxxv. & in ignem mittent & ardet Si manseri
tis in me & uerba mea in uobis manserint
quod cumq uolueritis petetis & fiet uobis
lo. cxxxiiii. x sol. In hoc clarificatus est pater meus ut fructum
plurimum afferatis & efficiamini mei disci
puli Sicut dilexit me pater & ego dilexi
uos Manete in dilectione mea Si praece
pta mea seruaueritis manebitis in dilectio
ne mea sicut & ego patris mei praecepta ser
uaui & maneo in eius dilectione haec locutus
sum uobis ut gaudium meum in uobis sit
& gaudium u̅r̅m̅ impleatur Hoc est prae
ceptum meum ut diligatis inuicem sicut di
lo. cxxxv. iiii m. cciii. m. cxv. lexi uos Maiorem hac dilectionem nemo
habet ut animam suam quis ponat pro ami

Io. cxxxvi· X Sol eis suis· Uos amici mei estis· si feceritis
quae ego praecipio uobis· Iam non dico uos
seruos· quia seruus nescit· quid faciat dns eius·
Uos autem dixi amicos· quia omnia quae cumq·
audiui a patre meo nota feci uobis· Non uos
me elegistis· sed ego elegi uos· Et posui uos
ut eatis & fructum adferatis· & fructus ur
Io. cxxxvii· I m. ccxvi· m. cxxv· Io. cxxxviii· X Sol mancat· Et quodcumq· petieritis pa
trem in nomine meo· det uobis· Haec
mando uobis· ut diligatis inuicem· Si mun
dus uos odit· scitote quia me priorem uobis odio
habuit· Si de mundo fuissetis· mundus quod
suum erat diligeret· Quia uero de mundo
non estis· sed ego elegi uos de mundo· propter
Io. cxxxviiii· IIII m. xc· L. lviii· rea odit uos mundus· Mementote ser
monis mei· quem ego dixi uobis· non est
Io. cxl· X Sol seruus maior domino suo· Si me perse
cuti sunt· & uos persequentur· Si sermo
nem meum seruauerunt· & urm serua
Io. cxli· I m. ccxliiii· m. cxxxviiii· L. ccl· bunt· Sed haec omnia facient uobis·

lo. cxlii / iii / m. cxii / L. cxviii / lo. cxliii / S x o l

propter nomen meum · Quia nesciunt eũ
qui misit me · Si non uenissem & locutus
fuissem eis · peccatũ non haberent · Nunc
autem excusationem non habent · de pec
cato suo · Qui me odit · & patrem meũ odit ·
i opera non fecissem in eis quę nemo alius
fecit · peccatum non haberent · Nunc autẽ
& uiderunt & oderunt & me & patrem me
um · Sed ut impleatur sermo qui in lege
eorum scriptus est · quia odio habuerunt
me gratis · Cum autem uenerit paraclí
tus · quem ego mittam uobis a patre spm̃
ueritatis qui a patre procedit · ille testimo
nium perhibebit de me · Et uos testimoni
um perhibebitis · quia ab initio mecum estis
Haec locutus sum uobis ut non scandalizemi
ni · absq̃ synagogis facient uos · Sed uenit
hora ut omnis qui interficit uos arbitretur
obsequium se praestare dõ · Et haec facient
uobis · quia non nouerunt patrẽ neq̃ me ·

lo. cxliiii / m. xcviii / m. xcvii / L. cxvi / lo. cxlv / S x o l

lo. cxlvi / m. ccxliiii / m. cxxxviiii / L. ccl

Sed haec locutus sum uobis· ut cum uenerit
hora eorum reminiscamini· quia ego dixi
la. cxlvii· S x a l uobis· Haec autem uobis abinitio non
dixi· quia uobiscum eram· At nunc Ua
do ad eum qui me misit· & nemo ex uobis interro
gat me quo uadis· Sed quia haec locutus
sum uobis· tristitia impleuit cor urm̄· Sed
ego ueritatem dico uobis· expedit uobis ut
ego uadam· Si enim non abiero· paraclitus
non ueniet ad uos· Si autem abiero· mittā
eum ad uos· Et cum uenerit· ille arguet
mundum de peccato· & de iustitia· & de iu
dicio· De peccato quidem· quia non cre
dunt in me· De iusticia uero· quia ad pa
trem uado· & iā n̄ uidebitis me· De iudicio
autem· quia princeps mundi huius iudica
tus est· Adhuc multa habeo uobis dicere·
sed non potestis portare modo· Cum autē
uenerit ille sp̄s ueritatis· docebit uos omnē
ueritatem· Non enim loquetur a semetipso·
sed quaecumq; audiet loquetur· Et quae uentura s

annuntiabit uobis. Ille me clarificabit quia
de meo accipiet et annuntiabit uobis.
Io. xlviii. III Tm. cxi. L. cxviiii. Omnia quaecumque habet pater mea sunt.
Propterea dixi quia de meo accipiet et annun
tiabit uobis. Io. xlviiii. X S o L Modicum et iam non uidebi
tis me et iterum modicum et uidebitis me quia
uado ad patrem. Dixerunt ergo ex discipulis
eius ad inuicem: Quid est hoc quod dicit no
bis modicum et non uidebitis me et iterum
modicum et uidebitis me et quia uado ad pa
trem. Dicebant ergo: Quid est hoc quod di
cit modicum? Nescimus quid loquitur. Co
gnouit autem Ihesus quia uolebant eum in
terrogare et dixit eis: De hoc quaeritis inter
uos quia dixi modicum et non uidebitis me
et iterum modicum et uidebitis me. Amen
amen dico uobis quia plorabitis et flebitis uos
mundus autem gaudebit. Uos autem contrista
bimini sed tristitia uestra uertetur in gaudium.
Mulier cum parit tristitiam habet quia uenit
hora eius. Cum autem pepererit puerum iam

non meminit pressurae propter gaudium ·
quia natus est homo in mundum· Et uos igi
tur· nunc quidem tristitiam habetis· Iterum
autem uidebo uos· & gaudebit cor urm̄· Et gau
dium urm̄· nemo tollet a uobis· Et in illo die·
lo· cl· IIII m· ccxvi· m· ccxv· me non rogabitis quicquam· Amen amen
dico uobis· si quid petieritis patrem in nomine
meo· dabit uobis· Usque modo non petistis
quicquā in nomine meo· Petite & accipietis·
lo· cli· X S o l ut gaudium urm̄· sit plenum· Haec in pro
uerbiis locutus sum uobis· Uenit hora cum iā
non in prouerbiis loquar uobis· sed palam de
patre annuntiabo uobis· Illo die in nomine
meo petetis· Et non dico uobis quia ego roga
bo patrem de uobis· Ipse enim pater amat uos·
quia uos me amastis & credidistis· quia ego a
dō exiui· Exiui a patre· & ueni in mundum·
Iterum relinquo mundum· & uado ad patrē·
Dicunt ei discipuli eius· Ecce nunc palam loque
ris· & prouerbium nullum dicis· Nunc scimus·

quia scis omnia· & non opus est tibi· ut quis te
interroget· In hoc credimus· quia a dō existi·
lo· cli· IIII in· cclxxxvii· ch· clxviii· Respondit eis ihc· Modo creditis· Ecce uenit
hora· & iam uenit· ut dispergamini unus
quisq· in propria· & me solum relinquatis· Et
lo· clii· X Sol non sum solus· quia pater mecum est· H&c
locutus sum uobis· ut in me pacem habeatis·
In mundo pressuram habebitis· sed confidite·



ego uici mundum·

HEC LOCUTUS
est ihc· & Subleuatis oculis ·XIII·
in caelum· dixit· pater· uenit
hora· clarifica filium tuum· ut filius tuus cla
rificet te· Sicut dedisti ei potestatem omnis
carnis· ut omne quod dedisti ei· det eis uitā
aeternam· haec est autem uita aeterna· ut
cognoscant te solum uerum dm̄· & quē mi
sisti ihm̄ xpm̄· Ego te clarificaui super ter
ram· opus consummaui· quod dedisti mi
chi ut faciam· Et nunc clarifica me tu pa

ter apud temet ipsum · claritate quam ha
bui · priusquam mundus esset apud te · Ma
nifestaui nomen tuum hominibus · quos
dedisti michi de mundo · Tui erant · & michi
eos dedisti · & sermonem tuum seruauerunt ·
N unc cognouerunt · quia omnia quae dedi
sti michi abs te sunt · quia uerba quae dedi
sti michi · dedi eis · Et ipsi acceperunt · & co
gnouerunt uere · quia a te exiui · & credide
runt · quia tu me misisti · Ego pro eis rogo ·
non pro mundo rogo · sed pro his quos de
disti michi · quia tui sunt · Et mea omnia
tua sunt · & tua mea sunt · Et clarificatus sum
in eis · Et iam non sum in mundo · & hi in mun
do sunt · & ego ad te uenio · Pater sc̄e · serua eos
in nomine tuo · quos dedisti michi · ut sint
unum : sicut & nos · Cum essem cum eis · ego
seruabam eos in nomine tuo · quos dedisti
mi custodiui · et nemo ex his periit · nisi fi
lius perditionis · ut scriptura impleatur · Nunc

autem ad te uenio · & haec loquor in mundo ·
ut habeant gaudium meum impletum in
semet ipsis · Ego dedi eis sermonem tuum ·
& mundus odio eos habuit · quia non sunt
de mundo · sicut & ego non sum de mundo ·
Non rogo ut tollas eos de mundo · sed ut serues
eos ex malo · De mundo non sunt · sicut & ego
non sum de mundo · Sc̄ifica eos in ueritate ·
sermo tuus ueritas est · Sicut tu me misisti
in mundum · & ego misi eos in mundum · &
pro eis ego sc̄ifico me ipsum · ut sint & ipsi sc̄i
ficati in ueritate · Non pro his autem rogo
tantum · sed & pro eis qui credituri sunt · per
uerbum eorum in me · Ut omnes unum sint ·
sicut tu pater in me · & ego in te · ut & ipsi in no
bis unum sint · ut mundus credat · quia tu me
misisti · Et ego claritatem quam dedisti mihi
dedi eis · ut sint unum · sicut & nos unum sumus ·
Ego in eis & tu in me · ut sint consummati in unū ·
& cognoscat mundus quia tu me misisti · & dile

xisti eos sicut & me dilexisti. Pater quos dedi
sti michi uolo ut ubi sum ego & illi sint mecu̅.
ut uideant claritatem meam quam dedisti
michi quia dilexisti me ante mundi consti
Io. cliiii. III m. cxii. mr. cxviii. tutionem. Pater iuste mundus te non co
Io. clv. X Sol. gnouit. ego autem te cognoui. Et hi cogno
uerunt quia tu me misisti. & notum feci eis no
men tuum & notum faciam. Ut dilectio qua
dilexisti me in ipsis sit & ego in ipsis.
Io. clvi. I m. ccxci. mr. clxxii. L. cclxxviii. aec cum dixisset ihc. Egressus est cum di
scipulis suis trans torrentem cedron. ubi erat
ortus. In quem introiuit ipse & discipuli eius.
Io. clvii. X Sol Sciebat autem & iudas qui tradebat eum locu̅.
quia frequenter ihc conuenerat illuc cum
Io. clviii. I m. ccc. mr. clxxxi. L. cclxxxv. discipulis suis. Iudas ergo cum accepisset
cohortem & a pontificibus & pharisaeis mini
stros uenit illuc cum laternis & facibus & ar
Io. clviiii. X Sol mis. Ihc itaq. sciens omnia quae uentu
ra erant super eum. processit & dicit eis.
Quem quaeritis. Responderunt ei Ihm naza

renum· Dicit eis ihc· Ego sum· Stabat autē
& iudas qui tradebat eum· cum ipsis· Ut er
go dixit eis· ego sum· abierunt retrorsum· &
ceciderunt in terram· Iterum ergo eos inter
rogauit· Quem quaeritis· Illi autem dixe
runt· Ihm nazarenum· Respondit ihc·
D ixi uobis· quia ego sum· Si ergo me quae
ritis· sinite hos abire· Ut impleretur sermo
quem dixit· quia quos dedisti michi non
lo· clx· / m· cccii· / m· clxxxiii· / L· cclxxxvii·
perdidi ex ipsis quemquam· S imon ergo
petrus habens gladium eduxit eum· & per
cussit pontificis seruum· & abscidit eius au
riculam dextram· Erat autem nomen seruo
lo· clxi· / m· cccxiiii / m· clxxv· / L· cclxxxi·
malchus· D ixit ergo ihc petro· Mitte gla
dium in uaginam· Calicem quem dedit mi
lo· clxii· / m· cccxvi· / m· clxxxvii· / L· ccxc
chi pater· non bibam illum· C ohors ergo
& tribunus & ministri iudaeorum· compre
lo· clxiii· / X / Sol
henderunt ihm & ligauerunt eum· E t
adduxerunt eum ad annan primum· Erat
enim socer caiphae· qui erat pontifex anni

illius· Erat autem caiphas qui consilium dede
rat iudaeis· quia expedit unum hominem mo
lo. clxiiii · IIII · m. cccvii · m. clxxviii · ri pro populo· Sequebatur autem ihm̄· simon
lo. clxv · X · Sol · petrus· & alius discipulus· Discipulus autem
ille erat notus pontifici· & introiuit cum ihu·
lo. clxvi · I · m. cccxiii · m. cxcv · l. ccxci · in atrium pontificis· Petrus autem stabat
ad ostium foris· Exiuit ergo discipulus a
lo. clxvii · X · Sol · lius qui erat notus pontifici· & dixit ostiariae·
lo. clxviii · I · m. cccxiii · m. cxcv · l. ccxci · & introduxit petrum· Dicit ergo petro
ancilla ostiaria· Numquid & tu ex discipulis
lo. clxviiii · X · Sol · es hominis istius· Dicit ille· Non sum· Sta
bant autem serui & ministri ad prunas· quia
frigus erat· & calefiebant· Erat autem cum eis
& petrus stans· & calefaciens se· Pontifex ergo
interrogauit ihm̄ de discipulis suis· & de doctri
lo. clxx · I · m. cccviii · m. clxxxiiii · l. cclxxxviii · na eius· Respondit ei ihc· Ego palam locu
tus sum mundo· ego semper docui in synago
ga· & in templo quo omnes iudaei conueniunt·
lo. clxxi · X · Sol · & in occulto locutus sum nichil· Quid me
interrogas· Interroga eos qui audierunt· qd

locutus sum ipsis· ecce hi sciunt quae dixerim

lo· clxxii· I m· cccxiii· m· cxiii· L· ccxciii·

